Pythius apollo: Apud Ennium dicit Pythius apollo se esse eum vnde sibi omẽs consiliũ expetant suarũ rerum: quos inquit mea ope ex incertis certos cõpotesq; consilii dimitto. Oracula apollinis certissima & maxime veridica censebantur apud priscos: hinc ait. M. Tullius in epistolis ad brutum hæc ex oraculo apollinis pythii edita tibi puta. nihil potest esse verius. Dict⁹ est autẽ pythius a pythone vt fabulantur dracone: quẽ sagittis in prima infãtia cõfecit: aliũ detymõ traditur a Macrobio & Strabone.

Pythius vnde

Verisimilia: Secundũ platonicos: qui verisimilia probabant cũ veritatem inueniri posse diffiderent. hinc scripsit Lactãtius opinationẽ eẽ in phylosophia academicorũ: q scientiã sustulissẽt ãplexiq; eẽnt ignorantiã: a quo arcessitas academic⁹ dixit ẽ ignorãtię magister cũ affirmaret nihil sciri posse. Democrit⁹ quoq; veritatẽ iacere demersã i ꝓfũdo tradidit. Et Socrates se nihil scire dixit: nisi hocvnũ quod nihil sciat: hic vt ingtidẽ Lactãti⁹ academię disciplina manauit: si tñ disciplina dici põt: iq; ignorãtia & dr & doceẽ: hic. M. Tulli⁹ i hortẽsio opiniosissimos appellat phylosophos: qm̃ .s. opinãt tãq; nihil cõprehẽdi possit de seipso quoq; loq̃ns ait magn⁹ quidẽ sum opinator. Pręcipi posse: Taxat inuerecũdissimos philosophos: q sibi veritatẽ cõpertã esse asseuerabãt: verũ vt ingt Aristoteles libro secũdo de cęlo & mũdo. Enũciare de oib⁹ & ꝑtermittere nihil

Opinatio academicorum Ignorantię magister

Opinosissimi

ſignum videri poteſt magnæ ſtultíciæ. Sunt qui dicant ſceſſum: Omnis de aliqua re inſtitutio debet a definitione proficiſci vt intelligatur quid ſit id de quo diſputetur definitionem enim vt inquit Boetius cuncta colliqueſcunt: primo definit mortem ſecundum platonicos a quibus dicitur οθαρατοσ εστ ηψυχησ καισωματοσ διαλυσισ: ideſt mors eſt animæ corporiſq; diſſolutō: Nullum diſceſſum: Hoc ſecundum epicureos & Plinium & multorum credulitatem: qui exiſtimant totum hominem commori. In quā ſententiam calamo vadit verſuq; Lucretius q ſcribit in tertio De rerum natura. Nunc age natiuos animātibus & mortales eē animos animaſq; leues vt noſcere poſſis. Diu permanere: Hoc ſentiebat zeno & ſtoici. Cor ipſum animā videtur: Ariſtoteles in primo de anima percenſet opiniones multas ſuper anima veterum philoſophorum: locum indico ad quem ſi voles poſſis accedere. In corde vt ait Plinius habitat mens. Et ſecundū Ariſtotelem. Cor. fons eſt venarum arteriarum & ſeniuum. Et vt inquit Auicenna. Cor eſt principium virtutis vitalis. Fons vitæ & radix dicitur ab interprete Galieni. Excordes: Hinc comprobat opinio eorum quibus cor ipſum animus videtur: tanquam excordes dicantur ſine corde: hoc eſt animo: quo ſapimus Sic & vecordes dicti mali cordis: hoc eſt turbati animi ideſt velaui ſiue mala ſani. Concordes vero quaſi eiuſdem animi. Naſica: Tullius in bruto: publiū etiam Scipionem naſicā: qui eſt corculum appellatus: qui item bis conſul & cenſor fuit habitum eloquentem maioris illius qui ſacra acceperit filium dicunt. Plinius in. vii. Catos corculos apud romanos cognominatos eſſe refert: qui ſapientia preſtiterunt: Aegregie cordatus homo: Apd Mar. Tulliū in primo de oratore inquit Lucius Craſſus. Sic in noſtra ciuitate contra ampliſſimus atq; clariſſimus vir vt ille: qui ꝓpter hāc iuris ciuilis ſcientiam ſic appellatus a ſummo poeta eſt. Aegregie cordatus homo Catus Elius ſextus. Ex his verbis obſeruauimus hunc eſſe verſum heroicum ennianum: vbi Dactylus eſt in quinta ſede ex ritu priſcorum: apud quos. ſ. abiciebatur velut ſibilus: huc autē ſextus

Finitio Mors quid

Cor Fons venarū & vitæ

Excordes Vecordes

Corculi

anímumq; cum corpore extíngui qui diſcedere animum cenſent: alíi ſtatim diſſíparí: alii diu permanere alii ſemper: quid ſit porro ipſe animus aut vbi aut vnde magna diſſētio eſt: alias cor ipſum animus veſter: exquo excordes vecordes cō cordeſq; dicūtur & naſica ille prudens bis conſul corculum appellatus & ægregie cordatus homo catus: Aelius ſextus. Empedocles autem animum eſſe cenſet cordi ſuf-

Elius non solum Cordatus dictus est: sed & Catus cognominatus: non quia vt aiunt sapiens: sed acutus. Catum enim acutum dicunt sabini Et cara dicta accipienda sunt. Acute dicta auctor Mar. Varro porphirio tamen oratianus interpræs catum exponit pro experto & docto. Cum ait Oratius. Post hæc ille Catus quantumuis rusticus ibit. Et Plinius. Catos a sapiētia dictos intelligi vult si cut Corculos. Empedocles Hic fuit agrigētinus: qui ex lite & amicitia inter se dissidētibus cūcta cōstare autumat. Præcepta sapiētiæ versibus cōplexus. De quo Lucretius. Carmina quin etiā diuini pectoris eius vociferātur. Et exponūt p̄clara reperta vt vix humana videat stirpe creatus. De empedocle nō pauca Laertius Diogenes & alii cōplusculi. Cęterū Aristotcles refert Empedoclē aiam cōstitutisse ex quattuor elemētis. Sanguinē ob hoc poeta purpureā aiam nominauit. Origenes in secūdo periarchon sanguinē omniū aialiū aiam ipsorū esse euidentissime designari tradit. Ex illo ecclesiastico. Nō māducabitis sanguinē: quia aia totius carnis sanguis est: ipse aiam definit substātiā esse sensibilē & mobilem Lactātius in libro de opificio docet sanguinē nō aiæ esse materiā sed alimētum: quāuis cōsumpto sanguine anima extingui videatur: sicut oleū nō est ip̄m lumē: quāuis cōsumpto oleo lumē extinguatur: sed ē nutrimētū. Crictas philosophus dixit animā esse sanguinē. Pars q̄dā cerebri: Hoc est: vt verbis Plinii vtar: viscerū excelsissimū p̄ximūq; cælo capitis sine carne: sine cruore sine sordibus: huc habet sensuū arcem: hic culmen altissimū: hic mētis est regimen. Ait Auicenna cerebrū esse principiū virtutis sentiendi & mouendi. Ambrosius in sexto Exameri initiū inquit neruorū & omniū sensuū volūtarie cōmotionis cerebrū est. Ambrosio & reliquis idē sentiētibus. Refragatur: Aristoteles: qui indubitanter profitetur a corde oriri & venas: & neruos.

Cordat⁹. Catus.

Empedocles.

Sanguis anima carnis

Cerebrū regimen mentis.

Idē ne sit anima & animus.

Sed in alii in corde. Aliud est cor ipsum & cerebrū esse animū aliud sedē & domiciliū animi: illud enim tāquā materia hoc tanquā locus.

Animū alii animā: Inextricabilis quæstio. Idē ne sit anima & animus: an aliud cū aia dicatur esse qua viuimus. Animus quo sentimus & sapimus. Nō desunt Argumēta in vtrāq; partē. Quin. vnū esse dicūt hāc rationē sequūtur quod nec viui sine sensu possit nec sentiri sine vita. Iccirco animū & aiam indifferēter appellāt duo Epicurei poetæ. Qui aūt dicūt esse diuersa sic Argumētantur ex eo posse intelligi aliud esse animū aliud esse aiam: quia icolumi aia mens. i. anim⁹ possit

Animus Cōsilium idem. Mens

extingui quod accidere soleat insanis. Actiana sentētia est. Sapimus animo fruimur anima. Sine animo anima est debilis. Lucretius animū dici mentē & consiliū ostendit sic scribēs. Consiliū quod nos animū mentēq; vocamus. Idem sentit animū & animā idem esse mortalēq; cum ait. Atq; animā verbi causa cū dicere pergam. Mortalē esse docēs: animū quoq; dicere credas. Quatenus est vnū iter se cōiūctaq; res est. Agere animā: Morientes cū in morte sunt. Et in extremitate vitæ agere animā dicūtur Augustin⁹ in. xiii. nullus est ergo moriēs nisi viuēs: quoniā cū in tāta est extremitate vitæ in quāta sunt quos agere animā dicimus: pfecto q nōdū anima caruit adhuc viuit. Celius ī epistolis: Hortēsius. Cū has litteras scripsi animā agebat. Seneca se correptū eē mala valitudine refert in epistolis moralibus quam suspirtū appellat: qđ animā agere esse dicit. Efflare: quasi flatū exhalare. Virgili⁹ dixit. Vitā exhalantē: secūdū eos: qui animā ventrū esse volūt. Ex animi sentētia: Quotidiana loquutio qua vtimur quādo significamus aliqđ factū esse prout optamus & volumus. Cēsores ira verba cōcipiebāt: & tu ex animi tui sentētia vxorē habes. Quidā olim cauillator & ridiculārius homo festiuiter respōdēs: habeo æquidē inquit vxorē sed non ex animi tui sentētia: tū censor eū qđ intēpestiue lasciuisset in ærarios rettulit. Animus ab anima: Lactātius in libro de opificio. Alii sanguinē animā esse dixerūt. Alii ignē: Alii vētū: vnde aia vel animus nomē accepit quod græcæ: vētus ανεμος. Dicitur: vnde & etiā pro spiritu: & halitu: & odore oris ponitur apud scriptores idoneos. Virgilius animas & olētia mediora fouent illo. Plautus feret aia vxori tuę. Lucanus: cōtinuitq; animam ne quas effundere voces posset Græci animā ψυχην vocāt quasi αναψυχον qđ respirendo refrigeret. Causa enim corpori viuēdi est: respirādi & refrigerandi vim exhibēs: vel quasi φυσεχειν qđ scilicet physin: idest naturā cōtinet: auctor Plato in cratilo: & origines in libris periarchon. Animę ignis videt Qui animā ignem esse putauerūt hoc vsi sunt argumento: qđ pśente anima corpus calescat: recedēte frigescat. zeno cōditor stoicæ sectę: & alii nō pauci animā esse ignē putauerūt: Democritus quoq; in eadē sentētia est. Vulgo. Quasi dicat rudes ac male eruditos passim tra-

Agere animā.

Suspitiū

Ex animi sentētia.

Cauillator.

Vnde anima dicta. & animę.

Psyche vnde.

xerūt animi esse sedē: & locū. Aiunt aūt aiam etiā fere nrī declarāt nominari. Nā & agere aiam & efflare dicimus: & aiosos & bene aiatos: & ex animi sententia. Ipse autē animus ab anima dictus est: zenoni stoico animus ignis videtur: sed hac quidē quæ dixi cor cerebū animam ignem vulgo: reliq; vero fere

dere ſuperiora. Proxime ariſtoxenus muſicus. Ariſtoteles libro ſepti
mo politicorũ videtur inquit cognatio q̃dã eſſe nobis cũ harmoniis
& rithmis: quapropter multi ſapientũ dixerũt. Alii quidẽ animũ eſſe
harmoniã; alii vero habere harmoniã. Idem libro primo de anima re=
prehendit eos: q animã eſſe dicũt harmoniã & quaſi concentũ: quo=
niã inqt mouere nõ eſt har=
moniæ animæ autem attri
buũt hoc oẽs itaq; cõuenit
magis dicere harmoniã de
bona corporis cõſtitutione
q̃ de anima. Cũ impoſſibile
ſit: vt placet illi: animã eſſe
harmoniã. Socrates apud
Platonem in phedone. Nõ
recte inquit harmoniã eſſe a
nimã dicimus: attamen ari
ſtoxenus hoc cũ primis aſ=
ſerebat: quẽ litterarum vete
rũ diligentiſſimũ & Ariſto=
telis philoſophi auditorem
fuiſſe memoriæ proditũ eſt
qui librũ de pithagora ſcrip
ſit: Ariſtoxeni hanc de anima opinionẽ refellit Lactantius: ſcite & ele
ganter oſtẽdens animam harmoniam eſſe non poſſe: quoniam inquit
fides ſua ſponte canere non poſſunt: animus autem ſua ſponte & co=
gitat & mouet. Fidibus: Cythara & chordis muſicis. Virgilius Thre
cia fretus cithara fidibuſq; canoris. Harmonia: Græci harmoniã vo
cant cõcentũ in muſicis: qui ex diſſimilimorũ vocũ moderatione cõ
cors efficitur. Diapaſon harmoniam effici ex ſeptem tonis tradunt:
hoc eſt vt interpretatur Plinius vniuerſitatem cõcentus. Illud anno
tandũ: quod penultima corripitur contra conſuetudinẽ vulgi perpe=
tam producentis. Lucretius harmoniam gaii quam dicunt. Intẽtionẽ
Concentũ modulationẽ a chordis intendendis: alii legũt incentionẽ
ab incinnendo: ideſt canendo. Sic Au Gellius ſcribit incentiones ti=
biarum fuiſſe medicinam plurimis hominũ morbis a Mar. Varrone in
centiua tibia dicta eſt ab incinendo: ſicut ſuccẽtiua a ſuccinẽdo. Cie
ri: Moueri fieri. Ab artificio ſuo: cũ eſſet muſicus: nõ receſſit a muſi=
co artificio: tãquã anima ſimili ratiõe cõſtaret in homine: qua cõcors
modulatio conſtat in fidibus. Xenocrates: Hic diſcipulus fuit Plato=
nis philoſophorum ſeueriſſimus: hæbes ingenio ac tardus: adeo vt il=
lum Plato diceret egere calcaribus: cuius verbis tãta fides habebatur

An har=
monia ſit
animus.

Diapa=
ſon har=
moniam.

Incẽtio=
nes.
Incẽtiua
tibia.
Xeno=
crates.

vt cū iniurati nullius teſtimoniū admitteretur: huic ſoli iniurato crederetur. Ante Pithagore viſum: Pithagoras ſectatoreſq; Pithagore numeris cūcta cōtineri opinabātur:& animas ſociari corporibus certa numerorū ratione:quibus deficiētibus arcana vis illa ſoluitur: qua ſocietas ipſa conſtabat. Ariſtoteles quoq; recēſuit ſententiā philoſophorū: qui animā numerū eſſe crediderūt. Eius doctor: Xenocratis magiſter.

Triplex anima Platonis.

Triplicem finxit animā: Plato in timeo tripartitam animā eſſe dixit:primā eius rationabilē partē tenere capitis arcē:ſecūdā excandeſcentiā ſiue iraſcētiā: ad domicilīū cordis atq; præcordia deductā eſſe: tertiā quā appetitū cupiditatēq; dicere poſſumus: in iecore habitātē facit: infernaſque ſedes obtinere: vt popinas quaſdā & latrinarū latebras:totum vero hominē in capite vultuq; eſſe:nāq; prudentiā ſenſuſq; omnes:capite cōtineri: cætera vero membra ancillari & ſeruire:tūc animanti ſanitatem adeſſe & pulchritudinem cum ratio totam regit: parentq; inferiores duæ partes. Cum vero iraſcentia ſiue cupiditas ſibi ſubiecerint dominam illam regināq; rationem. tunc cuncta tumultuari. Et per turbationibus vexari dixit. Ariſtoteles hanc Platonis ſententiam taxare creditur cum ait quidam dicunt animam eſſe patibilem:& alio intelligere:alio concupiſcere:re enim vera non partes animæ dicende ſunt:ſed potētiæ vnde ait idem Ariſtoteles animā definiri:vegetatiuo:ſenſitiuo: intellectiuo:& motu:cū anima ſit:id quo viuimus:& ſentimus:& mouemur: & intelligimus Mar. Varro animas hominū diuidit in octonas partes Quinque ſunt quibus ſentimus. Sexta qua cogitamus. Septima qua progeneramus. Octaua qua voces mittimus. Locis diſcluſit:diſiūxit diſſeparauit: Virgilius diſcludere nerea ponto:& prior Virgilio Lucretius dixerat:comparibus iungi res & diſclūdere mūdū. Dicearchus hic fuit meſenius & opinatus eſt hominū exordium nullum extitiſſe: tanquam ſemper fuerit humanū genus:compoſuit tres libros in quibus per dialogū diſputatores diſſerebant:ſub quorū diſputatione ſuā ſuper animā ſententiā declarauit: qua animā nihil aliud eſſe arbitra-

Potentię animæ Octone ptes aiæ Diſclu-

eſſe cuiuſuis vt iā antea Pythagore viſum erat natura maxima eſſet eius doctor Plato triplicem finxit animā cuius principatum. i. rationem in capite ſicut in arce poſuit: & duas ſeparare voluit: irā & cupiditatem quas locis ſuis diſcluſit: iram in pectore cupiditatē ſubter præcordia locauit. Dicearchus autem in eo ſermone quem corinthi habitum tribus libris exponit doctorum hominum diſputantium Primo Libro multos loquentes

batur: quã vim quandã atq; potentiã æquabiliter fusam sparsam: digestã. tã in corporibus brutorũ q̃ hominũ: quæ a corpore foret inseparabilis: vt a morte nullus sensus supereſſet: sed totũ animal cõmoretur: quiddã cõsimile sensisse videtur nõnulli ecclesiastici scriptores qui ex traduce. Animas venire cõfirmant: & simul cũ corporali eas semine seminari: qua sentẽtia ostendũt animas esse mortales: si enim sicut animalia cætera ex solo semine oriũtur: ita esse de hominib⁹ sentiamus: supereſt vt idẽ sit interitus huic dicearchi sentẽtiæ subscribit illud ex ecclesiastice: vnus interit⁹ est hominis & iumẽtorũ: & a qua vtrisq; cõditio. Phthiotã: ex phthia ciuitate theſaliæ: a qua achilles phthius dict⁹

Aia ex traduce

facit: duobus Pherecratem quẽdã Phthiotam senẽ quẽ a Deucalione ortum differẽtem inducit: nihil esse omnino animũ & hoc esse nomẽ inane: frustraq; & animalia: & animãtis appellari: neq; in homine inesse animũ: vel animã: nec in bestia. Vimq; omnẽ eam qua vel agamus quid vel sentiam⁹: in omnibus corporibus viuis æquabiliter esse fusam: nec separabilẽ a corpore esse: quippe quæ nulla sit: nec sit quicquã nisi corpus vnũ & simplex: ita figuratũ: vt temperatione naturæ vigeat & sentiat: Aristoteles lõge omnibus (Platonẽ semp excipio) præstãs: & ingenio & di-

A deucalione: sub quo diluuiũ fuit: ante quod fuerat cataclysmos: idest diluuiũ alterum: quod ogygis diluuiũ appellat: quoniã eius tẽporibus magnũ factũ est & longæ maius: quã postea fuerit tempore deucalionis.

Frustra animãtes: Si nulla est anima: consectariũ est vt frustra dicantur animalia & animantes: quæ ab anima nomen sortiũtur. Animantia autẽ superiorẽ tenent locũ: & animalia sub se habẽt atq; cõplectũtur: tãq̃ genus speciem. sunt enim quædã quæ animã habent: nec sunt animalia: sed animantia: sicuti satis & arbustis animã alentem inesse tradunt: quam philosophi recentiores vegetatiuam appellant. Itaq; viuere & mori illa dicimus: nec animalia tamẽ sed animantia nuncupantur: vt docet Seneca libro viii. epistolarũ moraliũ. Platonẽ semp excipio: Vbique Mar. Tullius Platonẽ ante ponit omnibus philosophis: eũq; modo diuinũ. Modo deũ philosophorũ nominat: de quo dixit Aristotiles: talem nulla ferent secla futura virũ: qui apollinis filius creditus est verũ recentiores philosophi Aristotilem solum sectantur: nec digitum quidẽ transuersum ab Aristotelica eruditione discedũt: quã si bene perciperẽt profecto cognoscerẽt. Dogma Platonis & Aristotelis esse cõsimile. In hãc

Animantia

Aia alens vegetatiua.

Deus philosophorũ Plato:

sentētiā ait in.v.de finib⁹ Aristoteles:quē excepto Platone:haud scio an recte dixerim principē philosophoꝝ. Quattuor genera:elemēta

Entelechia.

significat. Entelechiā:Aristoteles in primo de aia:animā entelechiā quandā esse tradit:Albertus quoq; magnus inter Aristotelicos famigeratus libro.xvi.de aialib⁹ animā esse memorat entelechiam corporis organici.Ita cuncti Aristotelis interptes vnanimiter tradūt:sed hinc exoritur quæstio: vtrū entelechiam an endelechiam dicere debeamus.cū proximitas q̄dā sit in pronūciatu: in significatu vero discriminatio nō parua. Endelechia enī per .D.significat vt hic interp̄tat Cicero cōtinuā motionē:qualis in anima cognoscitur:endelechismos est cōtinuata mobilitas : entelechia vero per. T. significat pfectio quædā & cōsumatio : & enteleches pfectus: ex hoc ciceromastiges conflarūt calūniā Ciceroni pinde ac ignaro ñ solū philosophiæ:sed ēt greçarū lr̄aꝝ tā q̄ paꝝ scite:parūq; ꝑspicie ter ēdelechiā dixerit cū entedechiā dicer debuerit:qđ Aristotelici oēs sentiūt: tāq; hoc ē pfectionē quāpiā pfectęq; naturæ substātiā celestē & ethereā: ether.n.vt ingt Apuleius in cosmographia:nō est elementum vnū ex quattuor:q̄ nota sunt cūctis:sed lōge aliud nūero qntū ordine primū genere diuinū & iutolabile: vel poti⁹ ex qnta nō magis noiata natura q̄ non intellecta animā ꝑduxerit: verū siue entelechia siue endelechia dicat aia:vtrūq; ꝑbabile est vtraq; significatio cōueniēs: nec vlla pōt dici cā cur hoc q̄ illud magis sit Aristotelicū: nec vllo argumēto colligere possunt:entelechiā potius:q̄ endelechiā ab Aristotele scriptū esse tā.n.verbū nouū hoc q̄ illud: nec minus altero significari animus q̄ altero potest. Democritū:Democritus abderites:theologiā & astrologiam didicisse fertur a magis & chaldeis:cū gymnosophistis quoq;

Endelechia.

Endelechismos

Entelechia.

Eutelecheſ.

Ciceromastiges

Ether.

Democritus.

ligentia : cū quattuor illa nota genera principiorū esset cōplexus e quibus omnia orirentur: quintam quandā naturam censet esse: e qua sit mens. Cogitare.n. & prouidere & discere:& docere:& inuenire aliquid:& tam multa alia meminisse: amare:odisse:cupere:timere: angi: lætari: hæc & similia eorū:in horū quattuor generū nullo iesse putat. Quintum genus adhibet vocans nomine: & sic ipsum animū endelecheiam appellat nouo nomine. Quasi quandā cōtinuatā motionem: & perennē. Nisi quæ me forte fugiūt: he sunt fere omniū de animo sententie. Democritū enī illū magnū quidē virū : sed leuibus & rotūdis corpusculis efficientē ani-

Aristoteles aiam esse dixerit entelechiā

congressus esse: in philosopha pentathlos extitit: idest quinq; certaminũ scius: nãq; naturalia: moralia: mathematica: liberales disciplinas artiũq; omniũ peritiã callebat: huic omnia quæ a mortalibus fierent ridicula ac ridenda videbantur: sicut heraclito flenda vnde gelasinus cognominatus: de quo Seneca. Oratius, Iuuenalis cæreri: hũc Plini⁹ virum sagacem & vitæ vtilissimũ fuisse refert: sed nimio iuuãdi mortales studio prolapsum: hic sequutus sectam doctoris Leucippi ex atomis inter se temere coeuntibus dixit mũdum esse concretum: quæ corpuscula sunt insecabilia: leuia: aspera rotunda: angulata & hamata ex eisdẽ corpusculis animũ quoq; constare credidit spiritu inserto: sed vt ait Lactantius in libro de ira dei: q̃to melius fuerat tacere: q̃ in vsus tam miserabiles tam inanes habere linguã Mar. Tullius quoq; in. ii. de natura deorũ illudens hos: qui ex atomis cũcta constituũt si inquit mundũ efficere potest concursus atomorũ: cur porticũ: aut templũ cur domũ: curvrbẽ nõ põt: q̃ sunt minus operosa & multo q̃dem faciliora: tradit tamen Aristoteles democritum dixisse animũ esse ignẽ. Harũ sentẽtiarũ: p̃ter has sẽtẽtias aliæ quoq; sunt alioꝝ philosophorũ super aĩa opiniones. quas dispersim traditas in vnum collegimus. Hippon animam dixit esse aquam Diogenes: aera: anaxagoras νους: idest mentem & intellectum: possidonius ideam: asclepiades quinq; sensuum exercitium sibi consonũ: hippocrates spiritũ tenuẽ per corpus oẽ dispersum: heraclitus põtic⁹ lucẽ

Pentathlos.

Gelasin⁹

Mũd⁹ ex Atomis.

Opiniones aĩa cõplusculę

mũ cõcursu quodã fortuitu omittamus. nihil est enim apud illum q̃ non atomorũ turba cõficiat: harũ sententiarũ quæ vera sit: deus aliquis viderit: quę verisimilis magna quæstio est. vtrum igitur inter has sententias diiudicare malumus: an ad propositũ redire? A. cuperem equidẽ vtrũq; si posset. sed est difficile cõfundere quare si vt ista nõ differam⁹ liberari mortis metu possumus: id agamus: sin id non potest nisi hac quæstione animorum explicata: nunc si videtur hoc: illud alias. M. quod malle te intelligo id puto esse cõmodius: efficit .n. ratio vt quecũq; vera sit earum sententiarum: quas exposui mors aut malũ nõ sit. aut sit bonũ poti⁹. nã si cor aut sanguis aut cerebrum est animus certe quoniã est corpus interibit cũ reliquo corpore. si aer est fortasse dissipabitur si ignis extinguetur: si est vt placet Aristoxeni harmonia dissoluetur. quid de

heraclitus physicus scintillam stellaris essentiæ. Critolaus cõstare eã de quinta essentia: hipparchus ignem: anaximenes aera: empedocles & critias sanguinem: parmenides ex terra & igne. Xenophanes ex terra & aqua quidam calidũ dicunt animam: quidã frigidum: propter respirationem: Mar. Varro ita definit anima est aer cõceptus ore: deferuefactus in pulmone tẽperatus in corde: diffusus in corpus inter tot dissidia philosophorum obtinuit: tamen sententia suũ esse animæ in corporalitatem in mortalitatẽq;. Magna quæstio: quid sit anima inquit Lactãtius nondũ inter philosophos conuenit: nec vnq; fortasse conueniet ignoratur enim quæ sit natura animi. Nunc hoc. s. agamus Illud alias. s. agemus. Si anima est: idest aer & spiritus: quod diogenes & varro & alii animã esse tradiderunt Nihil post mortem: Quoniam his prædictis sententiis declaratur animas esse mortales: & a morte nullũ sensum esse superstitẽ: sed cum vita simul amitti. Reliquorum sententiæ: vt Platonis vt Aristotelis vt Cæterorum: qui animas esse immortales affirmant. In cælum quasi in domicilium: in. vi. de repu. ait. M. Tullius hinc profecti huc reuertuntur: & Oratius: Serus in cælum redeas. Seneca in epistolis: animã scipionis in cælum ex quo erat rediisse persuadeo mihi. Librum de animo: De animæ immortalitate: hic Platonis liber alio nomine inscribitur phedon: a nomine videlicet phedonis philosophi elidensis: qui fuit ex cohorte illa socratica. Ingenio liberali: & vt quidam scripserũt seruitutẽ seruiuit lenoni perinde quasi meritorius puer quæstuarium q; mãc pum eũ cebes socraticus emisse dicitur habuisseq; in philosophum disciplinis. atq; is postea philosophus illustris fuit cuius nomini Plato illũ librũ diuinũ de immortalitate animæ dedit. Assensio

Ignorat natura anime

Aias in cęlũ redire

Phedõ

Dicæarcho dicam? qui nihil omnino animũ dicat esse. his sententiis omnibus nihil potest mortẽ pertinere ad quẽquã potest. pariter enim cũ vita sensus amittitur. non sentientis autẽ nihil est vllã in partẽ q; interfit. reliquorũ sententiæ spem afferunt. si te forte hoc delectat posse animos: cũ e corporibus excesserit in cælũ quasi in domicilũ suũ peruenire A. me vero delectat idq; primũ ita esse velim deinde etiã si nõ sit: sic mihi tamẽ persuaderi velim. .M. quid tibi ergo opera nostra opus est? nũ eloquẽtia platonẽ superare possumus? euolue diligẽter eius eũ librum: qui est de animo. Amplius q; desideres nihil erit. A feci me hercule & quidem sæpius: sed nescio quomodo dũ lego as-

elabitur: Greci ſynchatateſin vocant quã latini aſſenſionẽ: ſine qua multa cõprendi & percipi ſenſibus nõ poſſunt: nec memoria quoq; nec noticię rerum: nec artes ſine aſſenſione cõſtare poſſunt: per aſſenſionem enim cognita approbamus: vnde arceſilas & carneades explodendi: quibus viſum eſt nihil percipi poſſe: quo cõceſſo tollendus aſſenſus eſt: quod enim eſt tam futile q̃ quicquã approbare non cognitum: has autem probationes: quas grę ci Syncatatheſes vt dixi- mus: latini aſſentiones vocant: volũtarias eſſe ſcribit Au. Gellius: fierique hominũ arbitratu: quibus viſa noſcũtur diiudicãturq;. Vnde ſapiẽs: multis nõ aſſentitur quę inſipiẽs ſua aſſenſione approbat: putãs talia eſſe qualia ſibi primo animi ſui pulſu viſa ſunt. Aſſenſiões autẽ iſtę elabũtur: cũ nõ p- ſeueramus in approbationẽ incipimuſq; reprobare id q̃d prius approbabamus. Carendum eſſe: quod futuri tẽporis eſt: q metus ãgit animos mortalũ pauentiũ ne toti extinguãtur: & omnis ſenſus vna cũ corpore intereat: ſicut in brutis aiantibus. Valere plurimũ: Apud bonos iudices vt inqt Lactantius in quarto Diuinſtitutionũ: ſatis hẽt firmitatis teſtimonia ſine argumẽtis. Ad auctoritatẽ vt diomedes tradit quẽadmodũ ad anchorã decurritur: & auctore quintiliano ſũmorũ virorũ auctoritas p̃ rõne eſt. Tãta fuit oli pythagorę apud pythagoricos auctoritas vt ẽt ſine rõne valeret: q ſiqd affirmare diſputãdo voluiſſent dicere ſolebãt αυτοσ εφα ipſe dixit. Cicero tñ arbitratur i ſecũdo de di-

Aſſẽſiões

Syncatatheſes

Teſtimonia ſine argumentis valde

Auctoritas p̃ rõne αυτοσ εφα

tinatione nō esse philosophi vti testibus: quē oportet argumētis & rō nibus quare qcq; ita sit docere. Antiqtate. s. vti possumus: tanta est in quit Lactātius auctoritas vetustatis: vt ingrere in eā scelus esse dicat Itaq; creditur ei tāq; cognitæ veritati vetera: vt elegāter refert qntlia nus: maiestas q̄dā & vt dixerim religio cōmēdat hinc a poetis vetustas venerāda nuncupatur.

Veneranda vetustas

Quo ꝓpius: Quāto vicinius. Ab ortu: Ab origine prima mūdi & hoim. Hoc melius: tāto melius. Castos appellat: lego cascos. Cascū n. significat vetus. Cuius verbi origo sabia ē. Versus ennianꝰ: quo priscos appellat cascos: hic ē: quā primū casci populi genuere latini: manilius ait cascū duxisse casca nō mirabile est. i. vetulā: nupsisse seni. papinius in epigrāmate. qd in adolescentē fecerat cascā: ridiculū est inqt cū te cascū tua casca dicit. Inde cassinū oppidū dictū qd vetus: & cassinū forū vetus appellāt oscorū lingua casnar senex dictus: in codicibus festi pōpeii cassum ꝓ antiquo legitur: eū cascū legēdū sit. Fūditus: Ita vt nullus sensus post fata relinq̄retur. Pōtificio iure: Cōstituto a pōtificibus: numa pōpilius pōtificē fecit eiq; sacra oia attribuit eiusq; scitis sacra oia priuata & publica subiecit: instituitq; vt idē pōtifex nō celestes mō cerimonias sed iusta quoq; funebria: placā dosq; manes e doceret liuius auctor Mar. Tullius in oꝛone ꝓ domo sua pōtifices appellat antistites deorū interp̄tes cerimoniarū. Spō deū pedē appellarunt pōtificiū: quoniā eo in sacris vtebātur neoterici ius pōtificiū canonicū appellāt. Cerimoniis sepulchrorū: sunt quædā cerimoniæ sepulchrales: quæ ptinēt ad funerationē & impensā structurā q; sepulchrorū. Titulus est apud iurisc̄ōsultos de religiosis & sumptibus funerū. Alter quoq; titulus est de sepulchro ædificādo: quo scribit vulpianus religionis interest monumēta extrui & exornari: sepulchri violati tanq̄ religiosi loci actio imprimis datur vt scribit Iulianꝰ titulo de sepulchro violato: vbi annotandū est sepulchra hostiū nobis religiosa nō esse ideoq; lapides. Inde sublatos in quē libet vsum

Casci qd

Pōtifices interp̄tes religionū

Pōtificiꝰ pes

Sepulchri violati actio

quidē omni antiquitate: que quo proprius aberant ab ortu & diuina progenie: eo melius ea fortasse quæ erant vera cernebat. itaq; vnū illud erat inlitum priscis illis quos appellat cascas Ennius esse in morte sensum neq; excessu vite sic delerí hominem: vt funditus interiret: idq; cum multis aliis rebus: tum & pontificio iure & cerimoniis sepulchrorū intelligí licet. quas maximis ingeniis præditi: nec tanta cura coluissent: nec violatas tam in expiabili religione sanxissent nisi hæsisset in eorum mentibus mor

cõuertere possumus: sepulchri autẽ appellatione omnem sepulturæ locũ contineri existimandũ est: sepulchri violari actio infamiã irrogat Mar. Tullius refert leges de sepulchris: quibus præcipitur sepulchrorum magnificentiã esse minuẽdam. Plato quoq; libro. xii. de legibus extrui vetat sepulchrũ altius q̃ quod quinq; diebus viri quinq; cõstrue re possint: lapides quoq; su perstrui præcipit nõ maiores q̃ vt possint defuncti laudes quattuor solũ heroicis versibus æditas cõprehendere: contra egyptii sepulchra magnificenter ędifi cant: cũ in extruendis domibus sin incuriosi: sepulchra enim defunctorũ sempiternas domos: quoniam apud inferos infinitum sit tempus vocant: domos vero diuersoria tanq̃ breui tẽpore a nobis inhabitandas Sanxissent: consecrassent: confirmassentq; id enim sancire est. Hereret: infixum esset. Quasi migrationem .M. Cato in libro de senectute differens ait: ex vita ista discedo tanq̃ ex hospitio non tanq̃ ex domo Commorandi enim natura diuersorum nobis non habitandi dedit. Dux in cęlum: secundum philosophorum altam scientiam loquutus est: qui deprehenderunt: bene viuentium animas ad cęlum: ideſt ad originem suam statim redire: male viuentium vero diutius in his permorari corporibus & erraticas circum terram volutari. Ex hac opinione: ex ea opinione: quę animos immortales tradit homines per apotheoſin referuntur in numerum deorum & his ascribuntur sic Romulus: sic Hercules: sic bacchus. sic innumerabiles alii creduntur esse recepti in numerum deorum. De Romulo Romę conditore in cęlum rapto in numerum deorum ascripto. Liuius. Dionysius: Ouidius: & cęteri multa prodiderunt. Inde prolapsus ad nos: Romani sacra herculi fecerunt ritu gręco ex Romuli instituto: vt docet Liuius: refert herodotus: ita grę cos ab ęgyptiis transtulisse sacra herculis: sicut a gręcis Romani mutuati sunt: fuit enim apud egyptios hercules vnus ex. xii. diis in numeros fuisse hercules ferunt: sed thebanum cumprimis diuulgauerunt. Et vsq; ad occeanum: Hercules religiose colitur apud gaditanos: qui populi sunt insulani in oceano athlãtico. ex quo illud. Gades herculis

tem non interitum esse omnia tollentem. atq; delentem: sed quãdã quasi migrationem commutationemq; vitæ quæ in claris viris & fœminis dux in cælum soleret esse in ceteris humi retineret. & permanerent tamen ex hac & nostrorũ opinione Romulus i cælo cũ diis agit æuum. vt famæ assentiens dixit. Ennius. Et apud græcos: inde q; prolapsus ad nos & vsq; ad Oceanũ Hercules tãtus: & tã p̃sens

Magnifica sepulchra egyptiorum Diuersoria

Sacra herculis ab egyptiis

humidūq; tybur: olim Hānibal gades profectus herculi vota exoluit & sacra fecit: prout huius & filius meminerunt. Hinc ex hac immortalitatis opinione. Liber semele natus. Scilicet habetur deus: multos aūt fuisse liberos siue bacchos: siue Dionysios: prodiderūt eruditi & explicat Diodorus: celebratior autē est & vulgatior qui ex Semele & ioue genitus esse fertur :

Liber pater vnde.

quē Diodorus tertiū fuisse autumat : & thebis boetiis natū: qui dictus est liber: vel quia liberat seruitio curarū animū: vt sentit Seneca: vel oblicētiā linguæ: fiūt enim pleriq; ex ebrietate liberiores petulātioresq;: vel quia libertatis deus est: & vt auctor est plutarchus, p boetię libertate pugnauit. Tindaridę fratres: Castor & pollux significantur: nā vt inqt ausonius. Tindareus pater his & iuppiter : hic putat hic scit. Non modo adiutores: In. vi. tranquilli cōmētario enarrauimus quēadmodū castor & pollux Domitio æne barbo de victoria nūciarūt: cui minime credēti malas barbāq; manibus pmulserūt: & ex

Barba trufata.

fusca. In flauā cōuerterūt: vnde a barba rutila æneiq; coloris ænobarbi dicti: hinc ait Tertulianus: barbā a castoribus tactu itrufatam Dionysius quoq; in. vi. antiquitatū miraculū memorat de castoribus: qđ .s. in pugna ad lacū regillū apparuerūt duo forma augustiore: ducentes æquitatū Romanū aduersus latinos: qui hastis feriebant propella bātq; aduersarios: socios vero cohortabātur q̄ potissima causa fuit: vt latini fugarētur: & castra caperētur: idē mox vbi sunt sudorē æquoq; abluentes: iuxta iuturnæ fontē: deinde cōspectu mortaliū se subduxerūt: tūc ædes pollucis & castoris. In foro extructa est: quos tindaridas appellant: sicut helena eorū soror tindaris nūcupata. Quinetiā tradūt historici tindaridas fuisse opitulatores locrensiū in bello aduersus crotoniatas: visosq; pugnare q̄diu profligati sunt hostes. Ino: fabulā inonis refert Ouidius in. iiii. Metamorphoseos: quēadmodū. s. ino vna cū melicerta filio de scopulo se p̄cipitē misit in mare: amboq; facti sunt dii marini de quibus Cyprianus sic refert: melicertes &

Castores opitulatores.

Leucothea Matuta

leucotea p̄cipiātur in maria: & fiūt post mō maris numina: ino dicta leucothea: quasi candida dea a græcis: a latinis: matuta: vnde in fastis ait: leucothoe gratis matuta vocabere nostris autumat priscianus matutā esse aurorā: a qua matutinus deducit: sic. n. scribit in secūdo. Matutinus a matuta: q̄ segnet aurorā: vel vt quidā leucoteā: illud obiter

habetur deus. Hinc Liber de Semele natus: Eadēq; famæ celebritate Tindaridæ fratres, qui nō modo adiutores in prēliis victoriæ popu. Roma. sed etiā nūcii fuisse peribentur. Quid Ino Cadmi filia nonne leuchotea nominata a græcis: Matuta habetur nostris: Quid

annotandum: quod annotatu dignum est: ancillis ædem matutæ ingredi nefas fuisse apud Romanos: cū vnā tantum introducāt: quā alapis cedunt: causa est quod ino ancillas perosa sit: virū rem habere cū serua suspicata apud hanc quoq; deam suis filiis bona nō optant nepotibus optant: ꝓpterea quod ino in filiis extitisse infœlix videtur: in filio vero sororis baccho fœlix: cui mammā præbuit mitiq; erga illum & humano ingenio fuit. Humano generæ: Plinius in hanc sniam Maior celitū populus etiam q̄ hominū intelligi potest: hic autem est vetustissimus referendi benemerentibus gratiam mos: vt tales numinibus ascribāt. Gentium dii: Lactantius. Tertullianus Cyprianus: euidentissime ꝓbant deos gentiū homines fuisse: vt iouem: neptunum Iunonem: æsculapium: & id genus innumeros. Cicero quoq; in libro de consolatione nō dubitauit dicere deos qui publicæ colerentur homines fuisse: Quinetiam Lactantius dicere totum pœne cælum humano genere completū: allegat hæc verba ex tusculanis. Idem in libro de ira dei. Nimirū inquit hi omnes qui coluntur vt dii: homines fuerunt. Demonstrantur sepulchra: Mar. Varro. Solinus. Cyprianus cæteri: tradunt sepulchrum iouis in creta visitatum in oppido gnoso fuisse: quod inditio est iouem hominē fuisse: hinc Lucanus. Tā mē dax magni tumulo q̄ creta tonantis. Itē in oeta monte fuit sepulchrū herculis: quem pyram vocant. In nysa sepulchrum bacchi: de quo tamen varie ꝓditur: ob hoc dixit Plinius: querat nunc aliquis quod liberi patris sit sepulchrum. Initiatus: Imbutus sacris sacratus. Initia enī sacra dicūtur. Ait Mar. Varro: q; initiis cereris porci immolantur: & q; initiis pacis fœdus cum feritur porcus occiditur. Alio nomine initiationes nuncupantur: quę vt ait Tertullianus semper arcent ꝓphanos: & arbitris cauent. Mysteriis sacris: secluſa sacra antiquitus dicebantur: quę græci mysteria appellant: Vnde myste dicti sacerdotes vt apud ausoniū. Senecam: & papiniū. Et symmyste cōsacerdotes eiusdem

Edes matute inter dicta Ancillis

totum prope cælum ne plures ꝓsequar: nonne humano genere cōplectum est: si vero scrutari vetera & ex his ea quæ scriptores græciæ prodiderunt. eruere coner ipsi illi maiorum gentium dii qui habentur hinc a nobis profecti in cælum reperientur. Quære quorum demonstrātur sepulcra in græcia: reminiscere: quoniā es initiatus: quę traduntur mysteriis: tum denicq; q̄ hoc late pateat intelliges. Sed qui nondum ea quæ multis post annis tractari cœpissent: physica didicissent tantum sibi persuaserant q̄

Dii gētiū homines

Sepulchrū iouis i creta

Initia

Secluſa ſacra

Mysteria

Mysteę.

Symmyſteę

dęmq; ſacris initiati: qua dictione apuleius, Sidonius Hieronymus vtuntur. In myſteriis autē tradebātur multa arcana: q̄ in vulgus annunciāda nō ſunt. Cū auctore Tertulliano oibus myſteriis ſilentii fides debeatur. Symbola quedā ſunt myſtica q̄ docēt hoies fuiſſe qui pro diis colebātur: lege Euſebiū in preparatiōe euāgelica: in lacris iſidis & ſerapidis erat ſimulachrū: quod digito labiis impreſſo admonere videretur vt ſilentiū fieret: quod ſignificat: vt inqt Auguſtinus: vt hoies eos fuiſſe taceretur. Dicebatur aūt monitor ille ſilētii deus harpocrates: de quo idonei ſcriptores non pauca de quo catullianū eſt illud: factū me eſſe puta harpacroten. Phyſica: philoſophias phyſicas ſiue naturales: qua cauſas rationeſq; rerū p̄ſcrutātur. Imperiti philoſophos irreligioſos putāt tanq̄ deos eſſe abnuant: qui veluti rerū naturæ patroni cauſas meras & ſimplices rimātur. Viſis quibuſdā: Græci φαντασμα dicūt: qđ Mar. Tullius docēte macrobio viſum vocat: quæ ſpecies vna & nomē eſt eorū: q̄ dormiētes videre ſibi vidētur. Qui vitā exceſſerāt: ſic apud Virgiliū viſa de hinc cælo facies delapſa parētis anchiſæ ſubito tales effundere voces Macrobius oraculū dici autumat cū in ſomnis parens vel alia ſancta grauiſq; p̄ſona quippiā denunciāt. Firmiſſimū: pro potētiſſimo argumēto. Deorū opinio: perſuaſum inſitumq; a natura eſt cūctis mortalibus deos eſſe: & quāuis varia ſit de deo inter hoies opinatio atq; diſſidiū: nemo tamē ferme eſt qui deū neget: pręclare enī Ariſtoteles inquit: & a Mar. Tullio repetitum eſt: ſi eſſent hoies qui ſub terra ſemp habitauiſſent: & deinde repēte euadere in hæc loca: quę nos incolimus atq; exire potuiſſent: pulchritudine mūdi. Curſibuſq; ſtellarū ordinatiſſimis cōſpectis: profecto & eſſe deos: & hęc tanta opera deorū eſſe arbitrarētur. Lactantius quoq; neminē eſſe ait tā rudē tam efferis moribus qui nō oculos tum natura admonente cognouerant: rationes & cauſas rerum non tenebant. Viſis quibuſdam ſæpe mouebantur: hiſq; maxime nocturnis vt viderentur hi qui vita exceſſerant viuere. Vt porro firmiſſimum hoc afferri videatur cur deos eſſe credamus: q̄ nulla gens tam fera: nemo omnium tam ſit immanis: cuius mentem non imbuerit deorum opinio: multi de diis parua ſentiunt. id enim vitioſo more effici ſolet: omnes tamen eſſe vim: & naturam diuinam arbitrantur. Nec vero id collocutio hominum aut cōſenſus efficit: nō inſtitutis opinio eſt confirmata. non legibus: omni autem in recō

Harpocrates

Phantaſmayiſum

Deos eē cōſenſus gentiū ē

ſuos in cælũ tollẽs eſſe intelligat aliquã dei ꝓuidentiã: qua regaſ hoc omne quod cernitur. Praua ſentiunt: Alii arbitrãtur deũ eſſe: ſed mortalia nõ curare: alíí matrimonia inter deos eſſe crediderũt: aliis nullus eſt: deorũ reſpectus alius pudendus. Diagoras quidã athenis fuit: qui nullũ omnino deũ eſſe diceret: ob eãq; ſententiã cognominatus eſt atheos: protagoras quoq; extitit: qui ſibi diceret nõ liquere vtrũ eſſet aliquis deꝰ ob hoc athenienſes ipſum vt pote impiũ & irreligioſum ſuis finibus expulerũt: libroſq; eius inconcione exuſſeruntmale vt inquit Auguſtinus viuitur: ſi de deo non bene creditur. Lex naturæ Conſenſus hoim cunctorũ habẽdus eſt ꝓ lege naturæ ius enim naturale ſiue naturę legẽ appellant iuriſcõſulti: id quod natura omnia animalia docuit: vt id nõ ſolũ ad homines: ſed etiam ad brutas animantes referatur: cui proximũ eſt ius gentiũ: quo humanę gentes vtuntur: primus gentiũ cõſenſus cõſpirauit vt ionũ litteris vterẽtur: ſecũdus gentiũ cõſenſus in tõſoribus fuit. Tertius cõſenſus fuit in orarũ obſeruatiõe: vt Plinus refert. Nos vero dicamus primã gentiũ conſenſionẽ fuiſſe: vt deũ eſſe arbitrarentur. Luctũ ſuſtuleris: luctus ęgritudo eſt ex eius qui carus fuerit interitu acerbo: in luctu atrati ſunt purpura auroq; depoſitis: cũ eluxerũt nigrã veſtem exuunt purpurãq; reſumũt: & ita intelligendũ eſt apud liuiũ ſcribẽtẽ matronas luxiſſe brutũ vt parẽtẽ ãnuo tpe. Meret: Meror ęgritudo flebilis ẽ. Meſtitudo dicebaſ: q̃ nũc mæſtitia. Merere dictũ eſſe a mercere autumat Mar. Varro ꝙ merore corpus marceſcere dicit. Lugubris lamẽtio: leſſum itelligi vult: q̃ vox lugubrẽ eiulationẽ ſignificat quãuis ſextꝰ heliꝰ & lutiꝰ. Attiliꝰ ſuſpicati ſint leſſũ eẽ aliqđ veſtimẽti genꝰ fũebris: & ita iteꝝptati ſunt verba legis xii. tabularũ: q̃ hęc ſũt: neve leſſũ fũeris ergo hũto qbꝰ ſignificaſ lamẽtationẽ lugubrẽ i fũeribꝰ ꝓhiberi tolliq; Idq; ſentire: tãq̃ mortuus ſẽtiat ſe priuatũ vitę cõmodis: qđ ſi ita ſit argumẽtũ haud dubiũ ẽ immortalitatis

De deo

Atheos

Cõſenſus gentium

Luctus.

Meror

Leſſũ qđ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quę post mortē futura in hanc ſniam ait Plinius de homie loquens vni animantiū luctus eſt datus: vni ſupſtitio: vni ſepulturę cura: atq; etiam poſt ſe de futuro: pliniani codices de futura habent: tu vero lege de futuro: vt ſit ſenſus vni hoi de futuro: hoc eſt de rebus poſt ſe futuris curā eſſe. Serit arbores: Mar. Tullius in Catone eadem refert explicatius cum ait ſerūt arbores: quę alteri ſeculo proſint. vt ait ſtatius noſter in ſynephebis: nec vero dubitat agricola quāuis ſenex q̄ renti cui ſerat reſpondere diis immortalibus: qui me non accipere tantum modo a maioribus voluerunt: ſed etiam poſteris tradere: ſtati? autem cecilius ſignificatur: qui comediarū poeta inclytus fuit: cui ſedigitus palmam ſtatuit inter comicos poetas: qui propterea nomē habuit ſtatius: quia ſeruus fuit: ſtatius enim ſeruile nomen eſt. In ſynephebis: Nomen eſt comedię ab argumēto dictę: in qua ſynephebi: ideſt ſimul pubeſcentes adoleſcentuli inducebātur. Synephebi enim ſimul pubeſcentes dicuntur gręci exephebon: τροΔα vocant puerum. xv. annorum exephebon. xvii. vt ſcribit cenſorinus: Baccam: Fructū baccę differunt ab acinis: quoniā acini ſunt minores: baccę maiores: magna quoq; eſt baccis differentia. Alię nāq; ſūt oliuius & lauris alię cornis alię mirthis ac lentiſco. Alias bacca ſignificat margaritam: vnde baccatum monile apud Virgilium & Silium Quid procreatio liberorum: Hęc oia eo tendunt: vt oſtendant mortalibus inſitam eſſe natura duce tacitam de immortalitate animorū cōſenſionē: Nemo.n. eſſe tam curioſus: circa filios circa adoptiones circa teſtamenta: niſi exiſtimaret poſt mortem aliquē eſſe ſenſum: qui talia ſenſurus eſſet. Teſtamentorū diligētia: Vix dici poteſt quā diligentes ſint hoies in faciēdo teſtamēto: quā circunſpecti: tanq̄ pſuaſiſſimū habeant ad ipſos etiam defūctos ea quoq; ptinere. Monumenta: Monumēta generaliter res eſt memorię cauſa in poſterū ꝓdita. In q̄ ſi corpus vel reliquię inferātur fiet ſepulchrū: ſi vero nihil eorū inferatur erit monumētum memorię cauſa factū: quod gręci cenotaphiū appellant auctor florentinus iuriſcōſultus ad hanc Ciceronis ſniam

curæ ſunt: & maxime quidem quę poſt mortem futura ſint. ſerit arbores quæ alteri ſæculo proſint vt ait Statius in ſynephebis: quid ſpectans. niſi etiam poſtera ſæcula ad ſe pertinere. ergo arbores ſeret diligens agricola quarum aſpiciet baccam ipſe nunq̄ vir magnus leges inſtituta remp. conſerit quid procreatio liberorum. quid propagatio nominis. quid adoptiōes filiorum quid teſtamentorum diligentia quid ipa ſepulchrorum monu-

Statius nomē ſeruile

Synephebi.

Baccę

Monumenta

faciũt verba Mar. Varronis: qui ait monumenta dici: q̃ in sepulchris sint quibus prætereũtes admonẽtur & se fuisse: & illos esse mortales: Ab eo cætera oia: q̃ scripta ac facta sunt memoriæ causa monumẽta dicta. Eulogia: Eulogium græce dicitur bene dictum ευλογεω benedico ευλογια. benedictio. Eulogos rationabilis in decretis canonicis eulogia pro benedictionibus siue muneribus accipiuntur: q̃ minutuli sacerdotes ad synodũ cõuenientes maioribus sacerdotib⁹ sumãtibusq; deportãt. Existimo hoc in loco legẽdũ esse elogia: potiusq̃ eulogia: est. n. elogiũ quasi testificatio q̃dã laudationis: interdũ & vituperationis: qualia in testamentis in sepulchris anotãtur. Apud iurisconsultos & oratores crebra ẽ mẽtio elogiorum & nos aliubi plura annotauimus. Mar. Tullius in oratione p cluentio. Elogiũ recitasti detestamẽto. Gn. egnatii patris hominis honestissimi videlicet & sapientissimi: Seneca decessit negociator testamẽtũ omniũ bonorũ suorũ reliqt formosam heredẽ & adiecit elogiũ: quia pudicã cõperi: similiter in libro de senectute elogiũ quã eulogiũ legere malim. Cũ ait Cato: quante in attilio calatino auctoritas: in quẽ illud elogiũ vni cõplurimæ cõsentiũt: gentes primariũ fuisse virũ: notũ est totũ eius carmen incisum in sepulchro. Specimẽ: Indiciũ: signũ. Probatũ: probamentũ. Ad hoies iuuandos: De Catone elogiũ est apud Lucanũ: Nõ sibi sed toti genitũ se credere mũdo: Plato in epistola ad Archytã tarentinũ: qđ & a Mar. Tullio repetitũ est: scribit nullũ hominũ sibi soli natum esse: sed ortus nostri partẽ sibi Patriam vendicare: partem parẽtes partem amicos. Viã imortalitatis: Silicet & migratiõis ad deos scribit Apuleius in apologia: quod Hercules lustrator orbis: purgator ferarũ: gentiũ domitor in cælũ ob virtutes ascitus est: & Orati⁹ in epistolis ingt. Diram qui contudit hidram. Notaq; fatali portenta labore subegit.

Eulogia

Elogiũ.

Compe rit inuidiã ſupremo fine domari. Vetera iã iſta: Scilicet ſunt quæ enim de Hercule ꝓdũtur ob vetuſtatẽ fabulis ꝓpriora iudicant.

Licuit ocioſo: Argumẽtatur argumẽtis ſatis probabilius ad immortalitatẽ affirmandã: quod ſcilicet nemo offerret ſe ad mortẽ nemo laboraret nemo periclitaretur niſi ꝓpoſita eſſet magna ſpes immortalitatis. Ex hac ſpe Themiſtocles athenienſis & epaminũdas thebanus maximas res geſſerũt: ſeſe maximis piculis obiectauerũt nihil prorſus recuſantes ob gloriæ cupiditatẽ dũ ſe poſt mortem perinde ac immortales aliquid ſenſurus eſſe arbitrabãtur. De Themiſtocle vulgata ſunt oia: cuius clariſſimæ victorię de perſis teſtis quotidie citatur ſalaminiacata pugna de Themiſtocle memorabile eſt: qđ cũ olim ꝓceſſiſſet ad ludos olympiacos oculi oium poſthabitis ſpectaculis. In illũ vnũ conuerſi ſunt. In eoꝝ ſpectando totum diem cõſumpſerũt: quãobrem ipſe letus ad amicos dixiſſe fertur: tunc ſe ſuorum laborum: quos pro græcia ſuſcepiſſet frũctũ ampliſſimũ reportare. illud quoꝝ Themiſtocli glorioſiſſimũ cõtigit: vt Herodotus plutarchuſꝝ notificant quod duces græci in arã neptuni ſuã quiſꝝ ſententiã ſcriptam detulerunt: quem nã ex omnibus primũ ex bello aduerſus Xerxẽ geſto: & quẽ ſecundũ iudicarent: in ea ſuũ quiſꝝ primũ nomen inſcripſit ſeſe illũ qui ꝑſtantiſſimus fuiſſet exiſtimans ſecundũ vero Themiſtoclẽ omnes in hoc congruentes iudicauerũt. Epaminunde: Inclytus eſt Epaminũdas Thebanus ex victoria leucrica: qua Acciſæ ſunt lacedæmoniorum res in tantũ: vt vix vnquã quiuerint caput releuare. Dicere ſolebat filiam ex ſe relinquere pugnã leucricam quæ non modo ipſi ſuperſtes: ſed etiã immortalis futura eſſet. Licuit mihi: Hoc referendum eſt ad conſulatũ illũ Ciceronis nunq̃ ſatis laudatum: quo Catilinam catilinanũꝝ incendium in toga vltus eſt. Et fulmine linguæ compeſcuit atꝝ reſtrinxit. Quo dempto: Augurio ſcilicet Et opinione de futuris ſeculis: atꝝ immortalitate: quæ infixa mentibus mortalium illos alacres facit ad labores & pericula libenter ſubeunda: tanq̃ ſit poſt mortem aliquid quod ad eos pertineat.

Scitu dignum de Themiſtocle.

Secũdus Themiſtocles

mortẽ. licuit eſſe ocioſo temiſtocli licuit epaminũde licuit ne vetera & externa querã mihi. ſed neſcio quo modo inheret in mentibus quaſi ſeculorum quoddã augurĩũ futurorum: Ideoꝝ in maximis ingenĩis altiſſimiſꝝ animis & exiſtit maxime & apparet facillime: quo quidem dempto quis tam eſſe amens qui ſemper in laboribus & periculis viueret? loquor de principibus quid poete nonne poſt mortẽ nobilitari volunt: vnde ergo illud aſ

Accipite o ciues: Distichon est ennianũ: quo petit ennius vt formã imaginis suæ aspiciant ciues. quasi post obitũ ex hac re aliqd voluptatis percepturus: primus versus est exameter: sequẽs pentameter: vt supra annotatũ est: littera. s. veluti sibilus abiicitur in dictiõe imaginis. Reliqua quadrant rithmis metricis. Quidã legũt imaginis vnã: quæ lectio plenis numer⁹ cõstat. Distichõ ennianũ

picite o ciues senis ennii imaginis vnam. hic vestrũ pinxit maxime facta patrum mercedẽ gloriæ flagitat ab iis quorum patres affecerat gloria ideq;. nemo me lacrimis decoret: nec funera fletu: faxit. Cur volito docta per ora virũ. sed quid poetas: opifices & post mortẽ nobilitari volunt: quid enim phidias sui similẽ speciem inclusit in clipeo Minerue: cũ inscribere nõ liceret: qd nostri philosophi: nõne in his ipsis libris quos scribunt de contẽnẽda gloria sua nomina inscribũt q; si omniũ consensus naturæ vox est: omnesq; qui vbiq; sunt: cõsentiunt esse aliquid: quod ad eos per

Affecerat gloria: Dũ in annalibus laudat veteres romanos eos nõ solũ gloria afficit sed donat imortalitate sicut appion grãmaticus imortalitate a se donari scripsit ad quos aliqua cõponebat. Idẽ. s. Enni⁹: q̃. n. sub sequũtur carmina enniana sunt: faxit. faciat. Volitoviuus: Expũgẽda est dictiouiuus: vt versus pẽtameter integris pedibus constet: hoc mõ: faxit: cur volito docta p ora virũ: petit ãt Ennius neqs obitũ suũ: defleat: quoniã futurus sit imortalis volitaturusq; p oraviroꝝ sicut & nũc volitat celebraturq; quottidie. Dissidet ab enniana sentẽtia solũ: q ait mors Ennius lugeri abnuit.

illo enim vitam accepimus: siquis ergo depositũ hominis male tractauerit pessimus statim ac perfidiosus habetur. Si dei depositum ex proprio corpore quis eiecerit maxime peccat: ægesippus quoq̃ libro tertio ingrati est inquit & citi⁹ discedere quã velit: & diutius viuere quã voluerit ipse qui vitam donauerit: non licet animã soluere a corpore nisi ei qui ligauit: deo seruitium debemus: dei ergo nos quasi serui expectemus imperia: hinc apud iudeos: q se occidebãt in sepultos eos abiici decretum erat: apud alios autem dextere abscindebantur eiusmodi mortuorum: quæ in ipsos armatæ fuissent quoniam: vt corpus ab anima ita manum a corpore alienam esse existimarent: apud Platonem in phœdone ait socrates nõ prius dicere hominem seipsum interficere q̃ deus necessitatẽ aliquã imposuerit: qualẽ nobis inquit imposuit in præsentia: sicut eos inquit Plato qui potestatis imperio truduntur in carcerem non oportet inde diffugere: prius q̃ potestas ipsa quæ clausit abire pmiserit: sic nobis iniussu dei demigrandum e vita non est: vetatq̃ hominem sibi inferre vel accersere mortẽ: docens expectandam esse naturam. Næ certe: multum: valde: aduerbium est affirmantis vt grammatici tradunt græci dicunt ναι ναι ουκ ουκ pro est. est. non. non. Vincula carceris: sicut custodia: quæ a carcere non diffugiet priusq̃ potestas ipsa: quæ in carcere trusit abire permiserit. Leges enim vetant: apud iurisconsultos titulus est de effracto-

Snĩa egesippi

Dextram abscindi homicidę sui

Iniussu dei moriẽdũ nõ est.

Næ

Effractores

ribus:hoc est de his: qui carcerē effregerint: quibus pœna ex legibus constituta est. Philosophorū vita: diuus Hieronymus libro tertio

Philosophia

cōtra ruffinū philosophiā inquit meditationē esse mortis dicūt quotidie nitentē de corporis carcere educere animæ libertatē: qđ Plato

Meditatio mortis.

in suis libris: & maxime in phœdone prosequitur vbi dixerit socrates nihil aliud commentari philosophos q̄ mori atq; eē se morituos: nā cū mors nihil aliud sit: q̄ animę solutio a corpore: hoc maxime ac soli faciūt: qui recte philosophantur: sunt.n.philosophi

Cōtemptor voluptatum.

cōtēptores voluptatū: quales sunt epularū poculorū: & rei venereæ: reliquū quo q; corporis cultū nō magni pendit philosophus: ex quo fit vt pœne mortuus sit seiugatus a rebus corporeis:

Philosophus.

Philosomatos'

philosophus.n.nō est philosomatos.i.corporis amator

Philocrimatos

nō philocrimatos: nō philotimos.i. pecuniarū honorū q; cupidus: hinc plato duas mortes nouisse traditur: alterā illā notissimā: qua aia soluitur a corpore: alterā cū aia adhuc in corpore constituta corpeas illecebras philosophia docēte cōtēnit & cupiditatū dulces insidias: reliquasq; oēs exuitur passiones. Seneca in primo de consolatione ad martiā: Plato clamat sapientis animū totū in morte ꝓminere: hoc vele: hoc meditari: hac semper cupidine ferri in exteriora tendentē: Hieronymus in epistola cōsolatoria. Platonis inquit sentētia est: oēm sapientiū vitā meditationē esse mortis: laudant hoc philosophi & in eę lū ferūt. Consuescamus mori: duce.s. philosophia: q̄ animū a corpore secernit abducitq; a corporeis illecebris. Ex his vinculis græci corpus σωμα dicunt quasi σημα.i. animæ sepulchrū tā q̄ ibi sepulta sit. Nā vt cōstet aial necesse est in corpore aia vinciatur: ideo corpus

Soma corpus

Demas vinculū

demas hoc est vinculū nuncupat & soma quasi quodā σημα. i. aiæ

magistratu aut ab alíqua potestate legítíma: sic a deo euocatus atq; emissus exierit. tota.n.philosophorū vita vt ait idē cōmentatio mortis est. nā quid aliud agimus: cū a voluptate id est a corpore cū a re familiari que est ministra & famula corporis: cū a republica cū a negocio omni seuocamus animum quid inquā tū agimus: nisi animū ad se ipsum aduocamus. secū esse cogimus. maximeq; a corpore abducimus secernere autē a corpore animū neq; q̄ aliud est quā emori discere: quare hoc commentemur: mihi crede disiungamusq; nos a corporibus: idest consuescamus mori. hoc & dum erimus in terris erit illi cælesti vitæ símile. Et cum illuc ex his vínculis emissi feremur

sepulchrū. Vnde Cicero modo corpus esse vinculū: modo sepulchrū esse ait ergastulum quoq; & carcer dicitur corpus ab idoneis scriptoribus: tanq; claustra sint animæ ergastulo tenebroso & carcere ceco. Ergastulū corpus

In compedibus corporis: vinculis antiqui cōpedes non solum pedum vincula: sed & manuum dixerunt ab impedimento. Varro manus compede conor reuellere: inde compeditus deriuatur. Necvia mors est: cū anima vinculis corporū alligata & ergastulo membrorū hebetata languescit ac torpet nec officium suum satis fungi potest: non viuere videtur sed mortua. Mori enim animæ dicuntur cum in terram ex cælo fluentes corporibus vestiuntur: preterea hæc vita cū sit tot tantisq; calamitatibus referta mors potius vita dicenda est: vt inqt Augustinus in xii. de ciui. dei. Malo: magis volo. Siue retractabis homini siue velit siue nolit moriendū est: & soluēdum tributum mortaliū: ita enī seneca mortē appellat. Dudum: modo: pauloante: Cōpedes

minus tardabitur cursus animorū nam qui in compedibus corporis semper fuerūt etiā cum soluti sunt tardius ingrediuntur. vt hi qui ferro vincti multos ānos fuerūt: quo cum uenerimus tum demq; viuemus. nam hæc quidem vita mors est: quā lamentari possem si liberet. A. satis tu quidem in consolatione es lamentatus. quā cum lego nihil malo quam has res relinquere. His vero auditis multo magis. M. Veniet tempus. & quidē celeriter & siue retardabis siue properabis: volat enim etas. Tantum autē abest abeo vt malum mors sit q; tibi dudum videbatur vtvetear ne homini nihil sit nō malum aliud certe. sed nihil bonū aliud potius. siquidem vel dii ipsi. vel cum diis futuri sumus A. Quid refert: Adsūt enim qui hæc non ꝓbent. M Ego autem nunquā ita re in hoc sermone dimittā vlla vti ratiōe: vt mors tibi videri malū possit. A. qui potest cum ista cognouerim: M. qui

Vel du ipsi: animi a corpore seiugati reuertētes ad originale domicilīū dei fiunt vel cum dis diuersantur: quod multo beatius est: q; in terris degere inter fecu lentias cloacales: dixit Tullianus scipio: deum te igitur scito esse: siquidem est deus: qviget: q sētit: q meminit: q puidet: q tā regit & moderat & mouet id corp⁹: cui ꝓpositꝰ ē quā nūc mūdo ille opifex deꝰ. Ideo physici mūdū magnū hoiem & hoiem breuē mūdū eē dixerūt: qa aia ad imitationē dei mundū regentis regat & ipa corpus: hinc aīm deū & Deus est aius Hō breuis mundus

Mythilenę

Cornices polycroniæ.

Aiam tãdiu durare q̃ corpus

prisci philosophorũ & tullius dixit. Qui põt: quomodo .cur. interrogatiue. Mithylenis: ciuitas est in insula lesbo: de qua oratius: laudabũt alii clarã rhodon aut mithylenẽ: viros claros habuit antiqtus pithacũ vnũ ex septẽ sapientibus & alceũ poetã: theophanes quoq; historiarũ scriptor mithyleneus fuit põpeio magno p quã familiaris: dicearch⁹ inscripsit libros lesbiacos: qa in ciuitate lesbi mithylene disputatio hẽbatur: dicearchi supra mentio facta est. Cornicibus: comices polychronias esse .i. lõgeuas nemo est q nesciat Plutarchus in libro de defi cientibus oraculis: & plinius nouẽ nostras cornici etates attribuũt: ex auctoritate hesiodi ita scribentis εννεατοι ξωει γερεασ δακερυξα κορωννα ρδρων ηβωντων. i. garula cornix nouẽ homĩ viuit etates: hic Ouidius ora capautq; nouẽ cornicis secula passæ. Ausonius in grippo ternarii numeri: & totiẽs trino cornix viuacior æuo. Diu mãsuros aios: stoici tãdiu durare dicunt aiam. q̃diu durat & corpus: vnde egyptii cõdita medicamẽtis cadauera diutissie seruãt vt. s. aia lõgo tpe perduret. Labam⁹ vacillamus titubamus: non manẽtes pseuerãter in pristina assensione. In his. s. reb⁹ q̃ ad asserendã ai imortalitatẽ ptinẽt. Amicos stoicos tanq̃ se stoicũ & stoicæ sectæ sectatorẽ i his q̃stionib⁹ pfiteat: a qbus tamẽ dissentit super aiæ imortalitate & possit rogas: Cateruæ veniũt contradicentiũ nõ solũ epicureorum quos quidẽ nõ despicio: sed nescio quomõ doctissimus q̃q; cõtẽnit. acerrime ãt delicíæ meæ. Decearch⁹ cõtra hãc imortalitatẽ diseruit. Is .n. tres libros scripsit q lesbiaci vocãtur q̃ mytilenis sermo hẽtur. ig bus vult efficere aios eẽ mortales: stoici ãt vsurã nobis largiũtur tanquã cornicibus diu mãsuros. aiunt aios semp negãt. nũ igitur audire cur ẽt si ita sit mors tamẽ nõ sit in malis vt videtur. A. sed me nemo de immortalitate depellet. M. Laudo id qdẽ: & si nihil ais oportet cõfidere. mouemur. n. sæpe aliquo acute cõcluso. labamus: mutamusq; sniam clarioribus ẽt in reb⁹: In his est .n. aliqua obscuritas. Id igitur si accideret simus armati. A. sane qdẽ sed ne accidat ꝓuidebo. M. nũq̃d igitur ẽ cause quin amicos nostros stoicos dimittam⁹: eos dico q aiũt aios manere e corpore cũe xcesserint: sed nõ semp istos veroq; q̃ rota in hac cã difficilimũ est sucipiãt posse aium manere corpore vacãtẽ. Illud autẽ q̃ nõ modo facile ad credendũ est: sed eo cõcesso quod

meritoꝝ nã si cõcedit aios posse manere diu separatos a corpore: cõsequẽs videtur vt & sp pmanere possint: nec vnq̃ intereãt. Credam⁹ panetio: a cõtrario intelligit panetio nõ esse credendũ q aios facit eẽ mortales: fuit aũt panetius philosophus iclytus: q tris libros de officiis luculẽtos cõdidit: quos. M. Tullius magno cũ studio maximoq̃ opere emulatus est. Philosophorũ homerũ: cũ homerus princeps sit & deus poetarũ: ideo panetius platonẽ homerũ philosophorũ appellat: quasi inter philosophos ita eminentem sicut homerus inter poetas excellit. Macrobius quoq̃ ob id virgiliũ vocat homerũ mantuanũ. Nasci aũt animos: quicqd nascitur intereat necesse est: si nascit animus cõsequẽs est vt intereat: quia nasci & mori sunt consectaria. Dolere aios ergo interire: argũmentum philosophorũ est nihil esse quod dolere possit: nec mori possit: passio.n. eternitatẽ resoluit: ex quo cõcludunt aios interire cũ doleãt: cõtra quos ait Augustinus in .xxi. de ciui. dei: qđ aius dolorem pati põt & mori non potest: nec cõsequẽs esse vt mortẽ faciat: qđ dolorẽ facit: platonici asserẽtes immortalitatẽ aiorũ: dicunt animos nõ ex sua natura dolere: sed ex corporũ cõtagione pollutos æneidos scribẽs: hinc.i. ex terrenis corporibus moribũ disq̃ membris metuũt cupiũtq̃ dolẽt gaudentq̃. De mente dici: secundũ Platonem: q mentẽ hoc est cõsiliũ & rõnẽ tanq̃ principalẽ aiæ partẽ ait capitis arcem tenere. eãq̃ vacare oibus pturbatiõibus veluti reginã ac dñam. Excãdescẽtiã vero & cupiditatẽ ifernas ab dña sedes obtine-

Panetius de officiis

Homerus mãtuan⁹

Animum dolere posse nec mori.

Mens in arce capitis

Excãdescentia

Cupiditas

re perinde ac diuersoria nequitiæ atq; luxuriæ & ita duas partes in menta procul relegatas ac semotas facit: ne importuna vicinitas ra tionem superne constitutã perturbaret: in his aũt duabus posteris partibus velut popinis quibus dã versari autumat perturbationes quibus homines sunt obnoxii. Quas is. s. plato. Hæc dicãtur: a pa

netio Similitudo i bestiis similitudinum q̃ in homini bus sunt reputatio ẽ in mẽ te: cogitatio etiam vel viri vel femine coeuntis animo subito transuolans effinge re similitudinem existima tur ideoq; plures in hoie quã in ceteris animalibus differentiæ: quoniã veloci tas cogitationũ animiq; re ferentas & ingenii varietas multiformes notas impri mit cũ cæteris animantib⁹ immobiles sint animi & si miles omnibus singuliq; i suo cui q; genere: ex quo fit vt in bestiis q̃ in hominibus similitudo magis appareat: clarissimi philosophorũ medicorũq; similitudines in corporibus filiorum hic fieri putant: cum semina inter se p̃mixta coa lescunt: si virile superauerit patri similẽ puerum esse matrẽ: seu femini si muliebre p̃ualuerit p̃genitem respondere ad imaginẽ maternã: si ve ro æqua fuerit ex pari femine permistio. Sobolẽ illã aut vtriq; parentum aut nulli similẽ futuram. empedocles autumat si par calor in pa rentũ seminibus fuit patri similẽ marem p̃creari: si frigidus feminam matri similẽ parmenides vero refert tunc filios esse patri cõsimiles cũ ex dextris partibus genitura p̃fluxerit: ex leuis matri. Aristoteles & Albertus magnus subtilius curiosiusq; talia sectati sunt quos l. ges cũ voles. Magni refert: plurimi interest. Quali in corpore: mẽbrorũ compagibus velut organis: ad exercitiũ sui mens vtitur vt inquit ori genes: ex quo fit vt corpore male habito maleq; constituto veluti or gano corrupto animus hebetescat & obtundatur: e contrario anim⁹ ille vegetior est & acutior cuius corpus bene cõpactum est: nã ex bo na vel mala corporũ: vt aiunt medici cõplexione: animus in nobis e acutior vel hebetior. Ingeniosos melancholicos: Aristoteles libro problematũ duo trigesimo: melancholicos fuisse ait fere omnes: qui ingenio caluerunt: vel in studiis philosophiæ vel in republica admi-

Aius ex cõplexio ne corpis

Acutior. Ingeniosi melãcho- lici

ægritudines iræ libidinesq; versen tur: quas is contra quẽ hæc dican tur se motas a mẽte & discussas pu tat. iam similitudo magis apparet in bestiis quarum animi sunt ratio nis expertes. hominũ autem simili tudo in corporum figura magis extat & ipi animi magni refert: qua li in corpore Locati sunt. multa ex corpore existunt q̃ acuant mentẽ multa que obtundant. Aristote les quidem ait omnes ingeniosos

nistranda: vel in poemate cudēdo: vel in artibus exercēdis: melancholicos fuisse empedoclē. Socratē. Platonē: & alios cōplures nouis se sese refert: inibiq; luculēta est dissertatio: qua melancholia hoc est atrabilis vino cōparatur: & sicut vinū varios reddit hoies: ita in melancholicis ingenii varietas existit. Me tardiorē esse: festiuiter hoc dictum est: tanq̄ Cicero: q melācholicus nō erat tardioris ingenii foret: q erat acutissimi. In his: vt i attrabile: que varios mores variūq; ingeniū insinuat hoibus. Quę similitudinē: Cicero ad naturā corporū refert similitudinē aiorū: quā paneti⁹ ad p̄ creationē referebat: vt aios mortales esse demōstraret. Vixit cū africon: Emilianus africanus significat: q posterior fuit & carthaginem numātiāq; deleuit: quē græci neoteron vocāt .i. iuniorem: quem panetius comitatus est in legatione Alexādriam proficiscentem: scripsit ad. Q. Tuberonē de dolore patiendo. Fratris nepos: frater africani minoris fuit fabius alobrogicus: q p adoptionē insertus ē familiæ fabiorū: q primus omniū mille pōdo argēti habuit: de quo ait. M. Tullius in lelio Quitū vero maximū fratrē ægregiū virū oino sibi nequaq̄ parem: tanq̄ superiorē colebat. Facie vel patris: hic distinguendū est: vt sit sensus nepotē fratris africani facie quidem fuisse patri similem: vita vero & moribus simillimum flagitiosis.

Melācholia vino cōparat.

Panetius comes emiliani.

melancholicos esse: vt ergo me tardiorē esse nō molestē fera enumerat multos idq; quasi cōstet rationem cur ita fiat affert. q̄ si tāta vis est ad habitū mentis in his q̄ gignūtur in corpore. ea sunt aūt quecūq; sunt q̄ similitudinē faciāt: nihil necessitatis affert cur nascatur animi similitudo: omitto similitudies vellē ad esse posset panetius: vixit cum africano. quarerem ex eo cuius suorum similis fuisset affricani fratris nepos facie vel patris: iste omniū perditorū ita similis: vt esset facile teterrimus cuius etiam similis. P. crassi sapiētis & eloquentis & primi hominis nepos. multorum aliorū virorum clarorū: quos nihil attinet nominare nepotes & filii: sed quid agimus obliti ne sum⁹

Pu. crassi. pu. crassum significari existimo: qui traditur quinq; habuisse rerū bonarū maxima & p̄cipua: fuit. n. ditissimus: nobilissimus: eloquentissimus: iurisconsultissimus: & pontifex maximus. Nepotes & filii: in hanc sententiā scribit manlius in quarto astronomicon: degenerant nati patribus vincūtq; parentes. Valerius maximus caput facit de his: qui a parentibus claris degenerauerunt: inter quos cumprimis

Quinq; p̄cipua in crasso.

Filiꝰ africani notatissimus.

memorat superioris africani filium: turpitudinū maculis notissimū. Item refert quinti fabii maximi alobrogici: qui fuit africani posterioris frater filiū vitā ægisse luxuria perditā: itaq; ex Valerii maximi auctoritate possemus hoc in loco africani fratris nepotē intelligere hūc perditæ luxuriæ alobrogici filiū: vt nepos africani ex fratre dicatur sicut hodie quoq; a nobis vsurpatur: quāuis propriæ nepos aut relatiuū sit: cōsimilis videt illa apud Quintilianū elocutio in quarto īstitutionū. Cū mihi Domitianꝰ Augustinꝰ sororis suę nepotū delegauerit curam.

Neposex fratre.

Ne interirent quidē: Epicurus ait οθαρατοσου-Δεπωροσημασ.i. mors nihil ad nos. Dissolutū enī nō sentit: qđ autē nō sentit nihil ad nos & apud Lucanū sic inquit Pōpeius. Aut nihil ē sensus animis a morte relictū. aut mors ipa nihil

Mors nihil ad nos

Velle in cęlū migrare: Cupere scilicet verā esse animi immortalitatē: vt possis a morte remigrare ad cœleste domiciliū: vnde ortus est & origo animarū. Insimulat Accusat perinde ac democritus dixerit post mortem supereſſe sensum: quā veluti calūniā. Democriti idest sectatores. Democriti repudiant: tāq; falso insimulatus fuerit ab Epicuro democritus: ex cuius fontibus hortos suos irrigauit. Ipse nusquā est: Quod nusquā est id sentire nō potest: si animus interit vna cū corpore animus nusquā est. Igitur sentire nō potest: & quod cōsequēs est nec in malo esse potest: ex quo colligit malū non esse in morte: si animus est mortalis. Nihil est tertiū: Necesse est aut animū esse si immortalis aut non esse si mortalis: si immortalis est: mors bonū est: si mortalis non malū. Inter hæc duo nihil mediū potest inueniri: dialectici contraria partim mediata esse dicūt: partim medio carentia. Me-

Democritici

Ex fonte Democr. irrigatus hortus Epic.

hoc nunc nobis esse propositū. cū satis de eternitate dixerim⁹ ne si interirēt quidē animi quicq̄ mali esset in morte. A. ego vero meminerā. sed te de æternitate dicentem abunde rare proposito facile patiebar. M. video te alta spectare & velle incęlum migrare. A. spero fore vt contingat id nobis sed fac vt istī volūt animos non remanere post mortem video nos si ita sit priuari spe beatioris vite. M. Mali vero quid a fert ista sententia? Fac animū interire: vt corpus nū igitur aliquis dolor aut omnino post mortem sensus i corpore est: Nemo id quidem dicit: & si democritum insimulat epicurus: democritici negāt: ne in animo quidem igitur sensus remanet ipse. n. nusquam est. Vbi igitur malū est quoniā nihil tertium.

diata sunt vt albũ & nigrũ. inter quos colores est medius quilibet alius color: vt ruber & pallidus: & ita horũ contrariorũ non necesse est alterũ inesse semper corporibus. Neq; enim omne corpus album aut nigrum est sed aliquotiens in eorũ medietate est cõstitutum: vt sit rubrum vel pallidũ. Immediate vero contraria sunt quorũ nihil mediũ poterit inueniri. Vt grauitas & leuitas horũ enim nihil est medium. Necesse est .n. omne corpus vel leue eẽ vel graue: quia leuitas & grauitas medium non habent. Consimiliter mortalitas & immortalitas nihil habent tertium. Necesse est enim animũ esse vel mortalem vel immortalem: ex quo colligitur si immortalis sit mortem esse bonum: si mortalis non esse malum: cum inter hæc nihil sit tertium.

Mediata.

Immediate contraria.

An quoniam ipsæ animi discessus a corpore nõ fit sine dolore: vt credam ita esse quam est id exiguũ: & falsum esse arbitror. & fit plerũq; sine sensu. nonnũq; etiã cũ voluptate. Totũq; leue est qualecũq; est. Fit. n. ad punctũ tẽporis illud angit vel potius excruciat discessus ab omnibus his quæ sunt bona in vita. Vide ne a malis dici verius possit. quid ego nũc lugeam vitã hominũ vere & iure possum. sed quid necesse est: cũ id agã ne post mortem miseros nos putemus fore: vitã etiã efficere deplorando miseriorẽ. Fecimus hoc i eo libro in quo nosmetipsos q̃tũ potuim⁹ cõsolati sumus. A. malis igitur mors abducit nõ a bonis. Verũ si q̃rim⁹ hoc quidem a cyrenaico hegesia sic copiose disputatur: vt is a rege

Fit plerunque sine sensu: Scribit Plato In timeo mortem quæ ex senio venit esse leuissimam: & cum voluptate potius: q̃ cum dolore contingere. Cato in libro de senectute inquit vitam a dolescentibus vis aufert: senibus maturitas quæ mihi quidem tam iucunda est: vt quo proprius ad mortem accedam: quasi terram videar videre: aliquando q; in portum ex longa nauigatione esse venturus. Quid lugeam vitam hominum: Plinius. Seneca. Augustinus copiose & eloquenter collegerunt erumnas miseriasq; mortalium. Ita vt natura nobis magis nouercari videatur: q̃ agere matrem. In eo libro in consolatione de obitu filiæ Tulliolæ: cuius rei meminit Augustinus his verbis. Quis sufficit quanto vis eloquentiæ fulmine vitæ huius miserias explicare: quã lamẽtatus est Cicero in cõsolatione de morte filiæ. A cyrenaico hegesia. Valerius maximus scribẽs quanta sit vis

Hegesias mortis laudator.

eloquentiæ sic refert: quantū valuisse eloquentia hegesian cyrenaicum phylosophum arbitramur? qui sic mala vitæ repræsentabat: vt eorū miseranda imagine: audientiū pectoribus inserta multis voluntariæ mortis oppetendæ cupiditatē ingeneraret. Ideoq; a rege Ptolomeo vlterius hac de re disserere ꝓhibitus est: cyrenaicus dictus a cyrene ciuitate africæ clarissima.

Cyrene

Ex cyrene illustris fuit Aristippus Socraticus cōditor cyrenaicæ philosophiæ: ab hegesia philosophi hegesiaci nominātur. In ambraciotā cleōbrotū: Lactātius in tertio: qd ambraciotes ille: q cū platōis librū de eternitate aīarū plegisset p̄cipitē se dedit nullā aliā ob causam nisi quod platoni crediderit? Execrabilis ꝓrsus ac fugienda doctrina si abigit hoīes a vita: eiusdē meminit Augustinus i primo de ciui. dei: de hoc intelligi voluit Ouidi⁹ cū ait i ibin: v t q socraticū de nece legit o p⁹: ābraciotes dict⁹ ab ambracia ciuitate epiri: ornatiore reliqs ciuitatibus: qa ibi vt iqt liui⁹ fuit regia pyrrhi

Locus ouidii

Ambracia

ptolomeo ꝓhibitus esse dicatur illa in scolis dicere quo multi his auditis mortem sibiipsi consciscerent Callimachi quidem epigramma in ambraciotam cleōbrotū ē: qué ait cum nihil ei accidisset aduersi muro se in mare abiecisse lecto platonis libro eius aūt quem dixi egesiæ liber est ατοκαρτερωτατος quod a vita quidā per inediā discedens reuocatur ab amicis quibus respondens vitæ humanæ enumerarit cōmoda. possem id facere & si minus quā ille: q omnino viuere expedire nemini putat. Omitto alios etiam ne nobis expedit: q& domesticis & forēsibus solatiis ornamentisq; priuati. Certe si ante o

oppugnata a romanis. Ambraciēses i bello ætolico portas. M. Fuluio apuerūt ατοκαρτερωτατος. Titulus ē libri quo significatur intolerātissimus. Nāq; qdā in eo inducebaṫ. q mori in ædia destinauerat vtpote intolerātissim⁹ egritudinis & malorū: in ædia hoc ē cibi abstinētia ꝓit sili⁹ italic⁹: i ędia Marcellin⁹ finiuit vitā: dū triduo abstinet cibo: homini nō ante diē septimū letalis inædia est: plerosq; durasse vltra vndecimū diem ꝓditū est. λοιμω οικτιστον φανεειν. i. mori fame miserrimū est vt canūt camenæ græcorū: & repetitum est a Columela. Expedire: vtile esse Ouidius expedit esse deos: & vt expedit esse putemus. Etiā ne nobis: quasi dicat nec mihi vile est viuere: q priuatus sum domesticis solatiis pp mortē filiæ & forensibus ꝓpter actionē causarū intermissam extincta repub. Cæsare domināte in secundo de officiis ait in hanc sniam. Cū respub. in qua omnis mea

Inædia periit filius

Mori fame miserrimum

cura. Cogitatio: opera poni ſolebat nulla eſſe omnino: ille.ſ. litteræ conticuerunt forenſes & ſenatoriæ. In epiſtola ad ſeruiũ ſulpitiũ fatetur ſe domi in ſermone filiæ & ſuauitate ſolitũ oẽs curas dolorelq; deponere. Metellũ: inter rara fœlicitatis humanæ exẽpla numeratus ẽ quintus Metellus: qui a primo originis die ad vltimũ vſq; mortis tẽpus nunq̃ ceſſante fortunæ fauẽtis indulgentia ad ſummũ vitæ beatæ cumulũ peruenisſe traditur. Nã prẽter honores ampliſſimos cognomẽ quoq; macedonici a quattuor filiis ilat⁹ eſt rogo vno pretor tribus cõſularibus duobus triũphalib⁹ Vno cenſorio: qui cũ ſex liberos relinquæret. xi. nepotes relinquit: nurus vero generoſq; & omnes qui ſe patris appellationẽ ſalutarent viginti ſeptem. Cũ interim nullũ funus nullus gemitus: nulla cauſa triſtitiæ interueniret. Vix in cælo talem ſtatutũ reperire poſſemus. Deniq; ſpatio vltimæ ſenectutis defunctus leniq; mortis generæ. Inter oſcula cõplexuſq; cariſſimorum pignorũ expirauit. De hoc. M. Tullius in .v. de finibus. Plinius & Valerius meminerunt. At quinquaginta priamus: ſi priam⁹ extinctus foret ante helene raptũ fœliciſſimus oppetiſſet: longa dies igitur qd cõtulit? oia vidit euerſa & flãmis aſiã ferroq; cadentẽ. Tiberius fœlicẽ priamũ identidẽ vocabat qđ ſupſtes omniũ ſuorũ extitiſſet apud Senecã in troade dicit chorus: fœlix priamus dicimus oẽs: fœlix priamus fœlix quiſquis bello moriẽs oia ſecũ cõſumpta videt: ad quinquaginta priami filios videtur alluſiſſe Virgilius illo verſu: quĩ quaginta illi thalami ſpes tanta nepotũ. Iuſta vxore: legitima hecuba ſignificat: barbarorũ autem fuit mos paſſiuã cũ cõcubinis exercere libidinẽ. Alii denas alii pluresvxores habuiſſe ferũtur. Arthaxerſi regi perſarum expellicibus centũ quindecim filii fuerunt. Erotimus arabũ rex filios ſexcentos expellicibus ſuſcepit: quorum adminiculis fultus egyptum ſyriamq; vaſtauit: magnũq; nomen arabum fecit Luſa in altero eſt. ſ. metello quem fortunavt alũnũ molliter fouit: & iugiter amplexata eſt: cum ludus fortunæ & iocus ſint homines. Quidam legunt vſa vt ſit ſenſus fortunam vſam eſſe poteſtate ſua in priamo quem fecit calamitoſum: cum metello indulſerit.

Fœlicitas metelli.

Fœlix ꝑamus.

Sexcenti filii erotimo.

In aram cõfugisset.s.Iouis hercei. De qua ait Virgilius. Ingẽs ara fuit iuxtaq; veterima laurus incũbens aræ:de hoc scripsit Ouidius cui nil

Herceus iuppiter

hercei ꝓfuit ara Iouis: herceum autem appellant: quẽ etiam penetralem vocabant: qui intra cõseptum domus cuiusq; colebatur: græci

Hercos septum

enim hercos septum claustrũq; nominatur. Hostilis manus:Scilicet

Sanctitas barbarorum

pyrrhi mors priami vl' vni9 Virgilii testimonio satis nota. Hic si viuis filiis: In hãc sententiam Iuuenalis.Incolumi troia priamus veniisset advmbras assaraci magnis solẽnibus hectore fun9 portante: Astante ope barbarica.Manentibus diuitiis luculentis:ita Virgilius barbarico postes auro spolisq; superbi barbarorum enim est copia & largitas græce dicitur. ΠΛΗΣΜΟΝΗ ΤΑΝ ΒΑΡΒΑΡΩΝ: societas barbarorum. Laqueatis: Laquearibus aureis insignitis

Nec omnia: Carmen est vetusti poetæ:quod in theatro cerni solebat flebiliter ab histrionib9. Vidi:Acrior est sensus oculorũ quã aurium. Ita Virgilius.Quæq; ipse miserrima vidi. Sensum malorum: quia scilicet iam in malis callum obduxerat: animũq; obduraverat ad pacientiã malorum.

Egrotatio põpeii

Põpeio nr̃o: Põpeius cũ neapoli graui morbo implicitus foret: neapolitani sacra votaq; suadẽte praxagora ꝓ ipsius salute fecerũt Neapolitanos imitari puteolani sũt oẽsq; fere italiæ ciuitates festos dies egerũt

tum cũ in arã confugisset: hostilis manus interemit. hic si viuis filiis incolumi regno occidisset astante ope barbarica tectis cælatis laqueatis. vtrũ tandẽ a bonis an a malis discessisset. Tũ profecto videretur a bonis: at certe ei melius euenisse nec tam flebiliter illa canerentur. hæc omnia vidi inflãmari: priamo vita m eripi. Iouis aram sanguine turbari: quasi vero ista vel quicq; tum potuerit ei melius accidere.q; si ante occidisset. tamen euentum omnino amisisset hoc autẽ tẽpore sensum malorũ amisit. Põpeio nostro familiari cũ grauiter ægrotaret Neapoli melius est factũ: coronati neapolitani fuerũt. nimirum etiã puteolani: vulgo ex oppidis publice gratulabantur. ineptum sane negociũ & greculũ sed tamen fortunatũ. vtrũ igitur si tũ esset extinctus a bonis reb9 an a malis discessisset certe a miseris.nõ. n. cũ socero bellũ gessisset: nõ impatus arma sumpsisset: nõ domũ reliquisset: nõ extalia fugisset:nõ exercitu amisso nudus in seruorũ ferrũ & manus incidisset: non liberi defleti nõ fortunæ oẽs avictoribus possi

pro recuperata põpeii valitudine: cui obuiã oẽs ꝓdeũtes victimas & libamẽta offerebãt coronati & caduchi hoc eſt lãpadas ferentes: flores in eũ iaciẽtes & gradientẽ comitãtes: auctor Plutarchus: hinc illud ſatyrographi. Prouida põpeio dederat cãpania febres optandas ſed multæ vrbes & publica vota vicerũt.

Græculũ: hoc eſt res aſſentationis adulationiſq; pleniſſima. Græci. n. in adulationẽ mitifice a natura cõpoſiti ſunt: & vt inquit Curtius ingenia hẽnt temporaria. Iuuenalis. Quid qđ adulandi gẽs prudẽtiſſima. M. Tulli⁹ in epiſtola ad. Q. Fratrẽ didaſcalica græci inqt ſunt leues & diuturna ſeruitute ad nimiã aſſentationẽ eruditi. Cũ ſocero: cæſare: cuius filia iulia nupſerat põpeio: Nõ ex italia fugiſſet: Lucanus dãda tamẽ venia ẽ tãtorũ dãda pauorũ pompeio fugiẽte timẽt. M. Tullius in epiſtolis ad atticũ acriter caſtigat põpeium qđ vrbẽ fugiẽs reliq̃rit: quo nihil abſurdi⁹. nihil deſpatius: aitq; eũ piclẽ potiuſq̃ themiſtoclẽ imitari debuiſſe. In ſeruorũ ferũ: miſtros & eunuchos ptolomei ſignificat a qb⁹ ẽ iterfect⁹ cui ſceleri delect⁹ achillas. vt inqt Lucan⁹ & hiſtorici ꝓdidẽrt Seneca inqt pupillus & ſpado de capite põpeii tulere ſniam. Propagatiõe vitę. In hãc ſniam lucanus: ſed longi⁹ euũ deſtruit igẽtes aios & vita perſtes iperio. Triſte nomẽ carẽdi: careꝛ vt mox docet ſignificat egere eo

Græci adulatores

derentur. q ſi mortem tum obiſſet in ãpliſſimis fortunis occidiſſet. is propagatione vitæ quot q̃tas quã icredibiles hauſit calamitates. hęc morte effugiuntur etiã ſi non euenerint. tamen quia poſſunt euenire. ſed homines ea ſibi accidere poſſe nõ cogitat. Metelli ſperat ſibi quiſq; fortunã inde quaſi aut plures fortunati ſint: q̃ infœlices aut certi quicq̃ ſit in reb⁹ humanis: aut ſperare ſit prudẽtius q̃ timere: ſed hoc ipſum cõcedatur bonis rebus homines morte priuari. Ergo etiã carere mortuos vitæ cõmodis idq; eſſe miſerũ certe ita dicãt neceſſe ẽ. An põtis: q nõ eſt re vlla carere. Triſte. n. eſt nomen ipſũ carẽdi: qa ſubiicitur hæc vis. habuit quis: nõ habet deſiderat: reqrit idiget. Opinor hæc i cõmoda ſunt carẽtis: caret oculis odioſa cecitas liberis orbitas. valet hoc in viuis: mortuorum aũt nõ vitæ mõ cõmodis ſed ne vita quidẽ ipſæ quiſq̃ caret. de mortuis loquor q nulliſũt. nos q ſumus: nũ aut ſi cornibus caremus aut pẽnis ſi quis id dixerit. Certe nemo. Quid ita: qa cũ id nõ hẽs qđ tibi nec vſu nec natura aptũ ſit: nõ

quod habere velis: Ineſt.n. velle & deſiderare in carẽdo. Carere in bono dicitur nõ in malo. Et ꝓprie carere videtur eẽ de his cõmodis quę olim poſſedimus qbus indigemus: ergo mortuus dici non põt carere cõmodis vitæ: cũ nõ ſit & in eo nullus ſit ſenſus. Niſi cũ ſit tãq̃ in febri. ſingulis verbis domiciliũ ꝓpriũ eſt: migratiões in alienũ multæ vnde per tranſlationẽ decẽter dicimus lætas ſegetes:

Gẽmare vites

gẽmare vites: luxuriẽ eſſe in herbis: & id genus alia ꝓpe innumerabilia: cõſimiliter in vſu quotidiano eſt: vt dicamus: hic hõ caret febri: ſignificare volẽtes hominẽ nõ febricitare: cũ tamẽ acyrologia ſit. i. improprius ſermo: carere.n. eſt eorũ rerũ quas volumus & expetimus: nemo aũt febrẽ neq̃ vult neq̃ expeti. Ecõtrario dicimus

Carere febri.

habere febrẽ: cũ illa nos habeat: ſic auarus dicitur habere diuitias: cũ ab illis habeatur. Notione verbi: intelligẽtia eſt.n. notio q̃dã icorporaliũ reꝝ animi cõceptio & itelligẽtia: vt iã declaratũ eſt. Regno carere: q̃ priuatus eſt nec vnq̃ regnauit ſatis recte ñ põt carere regno cũ id eloquutionis genꝰ ꝓti neat ꝓprie: & ſignificanter ad eos: q olim fuerũt reges & poſtea regno expulſi fuerũt: qđ accidit tarquinio ſuperbo: qui ex romano imperio exactus eſt: vnde qui aliquando regnauit & deinde regnũ amiſit ſignificãter dicere põt ſe regno carere: cũ in eũ: q ſemp priuatus vixit id verbũ carere non poſſit.

Habere febrem

careas etiã ſi ſentias te non habere hoc ꝓmẽdũ ẽt atq̃ ẽt eſt arguẽdũ Cõfirmato illo de quo ſi mortales animi ſunt: dubitare nõ poſſumꝰ: qn tantus interitus in morte ſit: vt ne minia qdẽ ſuſpitio ſenſus relinquatur. Hoc igiť ꝓbe ſtabilito & fixo illud excuciẽdũ ẽ vt ſciať qd ſit carere ne relinquať aliqd vel ſuſpitionis vel erroris i verbo carere igiť hoc ſignificat egere eo q̃ hre velis i ẽ. n. velle i carẽdo: niſi cũ ſit tãq̃ in febri dr̃: alia quadã notione verbi. Dr̃ etiã alio mõ carere: cum aliqd nõ hẽas: & nõ hre te ſentias: ẽt ſi id facile patiare. carere.n. i malo nõ dicit: nõ.n. eẽt dolẽdũ. Dicit illud bono carere: qđ eſt malũ: ſed ne viuus quidẽ bono caret: ſi eo non indiget. ſed in viuo intelligi tamẽ poteſt regno carere. dici autẽ hoc in te ſatis ſubtiliter nõ poteſt poſſet in Tarquinio cum regno eſſet expulſus. At in mortuo ne intelligi quidem poteſt. Carere enim ſentiẽtis eſt: nec ſenſus in mortuo. nec carere quidem igitur in mortuo eſt. Quãquã qđ opus ſit i hoc philoſophari cum rẽ non magno pere egere philoſophia videamus.

Quotiens nō modo ductores: Sana ratio exēplis anteponenda est vt ait Augustinus: attamē etiā sine argumentis primū exēpla possunt pollentq; Romani vt auctor est Quintilianus: tantū valent exemplis quantū græci præceptis. Igitur ab exēplis argumentatur. Mar. Tulli⁹ vt doceat mortē non esse timendam. Nā cū imperatores Romanorū clarissimi: & exercitus toti sæpe cucurrerint in mortē manifestā: quā si illi vt malū timendā esse iudicassent: nunquam sese vltroneos morti periculisq; mortis obiectassent. In hāc sententiā scripsit. M. Cato in originibus legiones romanorū in eū locū sæpe profectas alachriaio & errecto: vnde se nūq; redituras arbitrarētur cum igitur indocti mortē contēnant: eā docti extimescent Arcens tyrannū. Expellens patria extorrē Tarquinīū superbum: historia notissima. In prælio concidisset. Brutus cōsul infesto telo infestioribus viribus infestissimo animo Cōcurrit aduersus aruntem Tarquini superbi filiū: amboq; mutuis ictibus transfixi moribundi ex æquis lapsi sunt. Matrone brutū vt parētē annū luxerūt: qđ tā acer vltor violatæ pudicitiæ fuisset. Pater Decius: tres fuerūt decii cognomēto mures plebei quidē. Sed romane reipu. salubertimi: q se deuotarūt immiserūtq; in armatas hostiū copias: p salute legionū romanarū pater in bello latino filius etrusco gallicoq; nepos aduersus pyrrū epirēsem historiā de decio patre liuius in. viii. De filio in. x. copiose & eloquēter enarrat. De nepote apud historicos nulla fit mētio: apud vnicū Ciceronē. quod equidē meminerim res summari potius notata q̄ explicata & hic & in secūdo de finibus: cuius verba vertis hisce cōgruentia subieci quæ hæc sunt. nō esset deciū patrē imitatus quarto consulatu filius: neq; porro ex eo natus cū pyrrho bellū gerens: consul cecidisset in p̄lio: seq; e cōtinenti tertiā victimā reipu. p̄buisset. Cadētes scipiones: Annibale italiā vexāte duo scipiones fratres in hispania post res clarissime gestas dolo circūuēti oppetierunt: publio scipioni latus dextrū lancea traiicitur Gneus. In turri: in quā cōfugerat igni circūdata cū oībus q intus erāt interfectus est vndetrigesimo die post fratris mortē. quorū alter pater africani fuit alter pa-

Quotiens nō modo ductores nostri. sed vniuersi etiā exercitus ad non dubiā mortē cucurrere? Quæ quidē si timeretur: nō lucius Brutus arcens eū reditu tyrannū quē ipse expulerat in prælio cōcidisset. Non cum latinis decertans pater Decius: cum hætruscis filius etiā cū Pyrrho nepos se hostiū telis obiecissent. Non vno bello pro patria cadētis scipiones Hispania vidisset

Mors bruti.

Tres decii.

truus: de his ait in paradoxis: quid duo ꝓpugnacula belli punici. Gn. & pu. ſcipiones: qui carthaginẽſiũ aduentũ corporibus ſuis interclu-

Mortes ſcipionũ:

dendũ putauerũt. Autumat Seruius Virgiliũ de his intelligi voluiſſe illo verſu. Aut gemini duo fulmina belli ſcipiades: ego vero ad duos africanos id referre ſoleo: tanq̃ imitatio ſit lucretii ſic ſcribentis: ſcipiades bello fulmẽ carthaginis horror. Paulũ & geminũ cannæ. Quis ignorat cannas in apulia clade Romana nobiles eſſe: vbi quadragintaquiq; milia romanorum cecidere tradũtur. Inter quos cecidere Paulus emylius conſul: obtutus telis ab hoſtibus ignorantibus quis eſſet. Et. Gn. ſeruilius geminus: qui anno ꝓximo fuerat cõſul. Collega flaminii: cui⁹ obitũ lachrymabili elogio decorat Sili⁹ i decimo punicorũ ſic ſcribens: heu dolor heu lachrymæ ſeruili⁹ optima belli poſt paulũ belli ps optima corruit ictu barbari co. Teſtimoniũ virtutis dat paulo Annibal hoſtis: qui funerans defunctũ ſupremo hoc honore ꝓfatus eſt. Decus auſoniæ: quo fas eſt ire ſuperbas virtute & factis animas. Tibi gloria leto iam parta inſigni. Seruilius autẽ geminus cognominabatur. Annotandum eſt Chriſtum mortuũ eſſe duobus geminis conſulibus octauo Cal. Apriles. Lucana gracchũ; Sempronius gracchus qui ad beneuentũ rem bene geſſerat aduerſus pœnos ab hoſpite ſuo flauio lucano in inſidias præcipitatus a magone interẽptus eſt in lucania: quidam tradũt in agro beneuentano prope calorem fluuiũ fuiſſe interfectum. Latini albinũ: Fuit Aul. Albinus conditor hiſtoriarum in quem facetiſſime luſit. M. Cato fuit alter albinus imperator quem militum temeritas in caſtris obruit lapidibus quem hic ſignare videtur niſi de alio intelligere malis: qui in bello aduerſus latinos morti ſe obuiam dedit. Venuſia marcellum: Hic gladius romanorũ dictus: qui Annibalem vinci poſſe docuit apud nolam: qui tertia opima ſpilia dedicauit inter venuſiam pauciãq; circũuentus inſidiis pedestrium lancea tranſfixus occubuit: lege Liuium libro. xxvi. ab origine

Mors Pauli & Seruilii.

Mors gracchi Quo die mortuus Chriſtus.

Mors marcelli.

Paulum & Geminũ cannæ: Venuſia marcellũ latini Albinũ: lucani Gracchum non quis horum miſer hodie: ne tum quidẽ poſt ſpiritũ extremũ. nec enim poteſt eẽ miſer quiſquã ſenſu perempto. A. At ipſum odioſum eſt ſine ſenſu eẽ. M. Odioſum ſi id eſſet carere. Cũ vero perſpicuum ſit nihil poſſe in eo eſſe qui ipſe nõ ſit quid poteſt eſſe in eo odioſum qui nec careat nec ſentia? Quãquã hoc quidẽ nimis ſæpe. ſed eo quod i hoc eſt omnis animi cõtractio ex metu mortis. Qui. n. ſatis viderit id quod eſt

vrbis. Hoc quidem nimis sæpe. Pulchra vt ait Plato bis terq; dicenda sunt. Interitu vniuerso: Perempto animo & corpore. Hippocentaurum: Quidam hippocentauros volũt filios esse centaurorũ: quod & Diodorus memorat fabula ex eo nata qd primi equitare ausi sint: veluti hippos idest equus & homo copulati essent: apud Xenophontẽ ait chrysantas se ex omnibus animantibus maxime diligere hippocentauros: si modo fuerunt: quippe qui tũ prudentia hominis vterentur manuũq; artificio: tũ haberent equi velocitatẽ & vires. Lucretius argumẽtatur cẽtauros esse nõ posse cõpactos ex naturis dissimilibus: quo concesso cõsectariũ est nec hippocentauros fuisse: vt pote ex centauris progenitos. Claudius cęsar scribit hippocentaurum in thessalia natum in eodẽ die interisse: tanq; hemerobion .i. vitæ dialis. Plinius refert se vidisse hippocentaurũ in melle allatum claudio principi ex egypto. Ciuile bellũ scilicet pompeianũ. Quæ illo viuo: quia scilicet idem sensus est a morte qui fuit ante natalem: & vt ait Plinius omnibus a suprema die eadem quæ ante primum. Nonne tibi videtur stultissimũ omniũ inquit Seneca: qui fleuit q; ante mille annos non vixerat æque stultus est: qui flet q; post mille annos non viuet. hæc paria sunt non eris: non fuisti. vtrunq; tempus alienum est. Vrbem nostram potituram: accusatiuo casu extulit. quod nos ablatiuo dicimus: veteres enim potiri cum accusatiuo dicebant Terentius patria potitur commoda: Actius in clytemnesta: feræ potiuntur plagas. Eterna moliri. Vir magnus etiã si iudicat animam esse mortalem tamen ob id neque cessator fit neque cũctator. quinimo parat res dignas ęternitate impulsus ardore virtutis quæ sibimet pulcherrima est merces quã gloria ira cõsequitur: sicut corpus vmbra cõmitatur ne scilicet diuelli diiungiue vllo mõ possit.

De hippocẽtauris. Centauros eẽ nõ posse.

luce clarius aio & corpore cõsumpto totoq; animãte deleto. & facto iteritu vniuerso illud aial quod fuerit factũ esse nihil. Is plane perspiciet iter hippocentaurũ q nunq; fuerit: & regẽ agamenonẽ nihil interesse: nec pluris nunc facere. M. Camillũ hoc ciuile bellũ: quã illo viuo ego fecerim Romã captam. Cur igitur & Camillus doleret si hæc post trecẽtos & quinquaginta fere annos euentura putaret? Et ego doleam si ad decẽ milia annorũ gentẽ al'quã vrbẽ nostram potitura putẽ. Quia tãta charitas patriæ: est vt eã non sensu nostro sed salute ipsius metiamur: itaq; non deterret sapiẽtem mors. quæ

Gloria vt vmbra.

Alteri nulli: Mortuos intelligit. Alteros non attigit: Scilicet viuos quãdiu enim viuimus a morte attingi nõ possumus: vbi enim mors adest: vita abest: vbi vita sit: mors esse nõ potest: dũ nos sumus mors non est: dũ mors est: nos non sumus. Somni simillima: Græci interrogãt τιθαρατοσ εστ p: ideſt quid eſt mors? reſpõdet. μακροσ υπνοσ longus ſomnus: poetæ ſomnũ mortis appellant ferreũ. Non modo ipſe: Scilicet velim. Endymion: De hoc in ſecũdo ꝓpertii commentario ſcripſi. Dictus eſt amator lunæ: qa vt tradit Plinius multiuagos flexus lunæ primus deprehendit. Endymionis ſepulchrum oſtenditur vt ait Strabo in ſpelũca apud latinũ montẽ cariæ. Cum luna laboret luna laborare dr̃ ꝓprie in defectu ſiue eclipſi. Plini⁹ ait placuiſſe appellari ſtatos ſiderũ labores Iuuenalis: vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ. Somnũ imaginẽ mortis τιυπροσ εστ p: ideſt quid eſt ſomn⁹? reſpõdet μικροσ φατρατοσ: ideſt breuis mors. Ouidius. Stulte quid eſt ſomnus gelidæ niſi mortis imago. Nullũ ſenſum: Hoc magis acute q̃ vere dictũ. In ſomno n. ſenſus eſt. Anima eni adeo ſemper in motu eſt: vt ne nobis quidẽ dormiẽtibus cõquieſcat: & inqeta ipſa ſomniamus: ſpiramus q̃ oĩa motus animæ ſunt cuius eſſentia eſt ſemp moueri. Aniles: Aniculariũ eni ꝓpria ſunt deliramẽta & propter incertos caſus quottidie imminet & ꝓp breuitatẽ vitæ vnq̃ longe põt abeſſe quominus in oẽ tẽpus reipu. ſuiſq; conſulat: & poſteritatẽ ipſam cuius ſenſum habiturus non ſit ad ſe putet pertinere. Quare licet etiã mortalẽ eſſe animũ iudicantẽ: æterna moliri non gloriæ cupiditate quã ſenſurus nũ ſit: ſed virtutis quã neceſſario gloria etiã ſi tu id nõ agas cõſequatur natura vero ſic ſe habet vt quõ initiũ nobis rerũ omniũ ortus noſtri afferrat: ſic exitũ mors: quæ vt nihil pertinuit ad nos ante ortũ: ſic ne nihil poſt mortem pertinebit. In quo quid poteſt eſſe mali: cum mors nec ad viuos ptineat nec ad mortuos. alteri nulli ſunt: alteros nõ attingit. Quã qui leuior eſt faciunt ſomni ſimillimã volunt eſſe. quaſi vero quiſquã ita nonaginta annos velit viuere vt cũ ſexaginta cõfecerit: reliquos dormiat: ne ſuos quidẽ id velint nõ mõ ipſe. Endymion vero ſi fabulas audire volumus neſcio quando in lamio obdormiuit: qui eſt mons cariæ. nondum opinor eſt experreſtus. num igitur eum curare cenſes cum luna

Mors lõgus ſomnus.

Luna laborat.

ineptæ vnde anus dicta quasi carens mẽte qđ græce dicitur ἀνους .i. sine sensu. Anatẽ morbũ dixerũt quo vetule laborant. Vsura vitæ: In hanc sententiã in cõsulatione ad liuiã: vita data est vtẽda. Data est sine fœnore nobis mutua nec certa persoluenda die. Seneca in cõsulatione ad martiã dicit hominẽ esse p̃cariũ spiritus: mutuo oia accepimus vsusfructus noster est: aliubi ait. Sapiẽtẽ viuere vt cõmodatũ. Repetit cum vult: Pessimi est debitoris creditori facere conuitium: oportet nos in promptu habere. Et appellatos reddere quod debemus. Nondũ gustauerat. In hanc sententiam Virgilius quos dulcis vite exortes & ab vbere raptos. Abstulit atra dies & funere mersit acerbo. Multo sæpius lachrymasse priamũ vt inqt satyrographus hæc data pœna diu viuentibus vt renouata semp clade domus multis in luctibus inq̃ perpetuo mœrore & nigra veste senescant: Sed ennius ait licet lachrymare plebi regi honeste nõ licet. Quam Troilũ: filius hic priami fuit in puerili ætate interfect⁹ ab Achille: de quo Virgilius parte alia fugiẽs amissis Troilus armis infœlix puer atq̃ impar cõgressus Achilli fertur equis: Curruq̃ heret resupin⁹ inani. Exacta ætate: Longo euo perfuncti: senioq̃ confecti. Quã vt cætera auferat: Iuuenalis: sed q̃ cõtinuis & quantis longa senectus plena malis. Plini⁹ hebescũt inqt Senecta sen-

Anus vnde Anatis morbus

laboret: a qua cõsopitus putatur. vt eũ dormientẽ oscularetur qd curet ãt qui ne sentit qdẽ. hẽs somnũ imaginẽ mortis eãq̃ quotidie induis: & dubitas qn sensus i morte null⁹ sit: cũ in eius simulacro videas eẽ nullũ sensum. pellãt ergo iste ineptiæ pene anniles. ante tempus mori miserũ esse: quod tãdẽ tẽpus naturæ ne at ea quidẽ dedit vsurã vitæ tanq̃ pecuniæ: nulla prestituta die. quid est igit quod q̃rare si repetit cũ vult ea. n. conditione acceperas. Idẽ si puer paruus occidit æquo aio ferẽdũ putant: si vero i cunis ne q̃rendũ quidẽ: atqui ab hoc acerbius exegit natura quod dederat. nõdũ gustauerat inquiũt vite suauitatẽ. hic autẽ iã sperabat magna: q̃bus frui cœperat. At id qui dẽ ipsum in ceteris reb⁹ melius putatur aliquã partẽ: q̃ nullã attinge re: Cur in vita secus? Quanq̃ non male ait Callimach⁹ multo sepius lachrimasse Priamum quam Troilum. Eorum autẽ: qui exacta ætate moriuntur fortuna laudatur. Cur? nam reor non illis si vita longior daretur: posset esse iucundior nihil est eni ꝓfecto hominis pru-

Mala ſenectutis

ſus mẽbra torquẽtur præmoritur viſus: auditus inceſſus. Dentes etiã ac ciborum inſtrumẽta: & ab Oratio decẽter dictũ eſt: multa ferũt anni veniẽtes cõmoda ſecum: multa recedentes adimunt. Senecta ſenile corpus putri edificio comparat: & ſenectus ipſa morbus eſt. Senilis anima in primoribus labris habitat: ſed hæc incõmoda compeſcat vnica prudentia: quæ

Prudẽtia maior in ſene:

in ſenibus maior eſt & cum ætate creſcit: Aetate enim conſilium in dies creſcit: & virtus matureſcit. Ideo dixit Plato quod tunc oculus mentis acute incipit cernere cum primum oculus corporis defloreſcit. Et Plautus in trinũmo: ſapiẽtiæ ætas condimentũ eſt. ſapiẽs ætati cibus eſt. Mar. Tullius in libro de ſenectute: mens & ratio & conſilium in ſenibus eſt qui ſi nulli fuiſſent: nullæ omnino ciuitates fuiſſent. Ariſtoteles in ethicis inquit iuuenes mathematicos fieri poſſe prudentes fieri non poſſe: propterea quod prudentia rerum plurimarum experimento augeſcit: quarum iuuenis eſt expers meta viuẽdi a phyſicis creditur cum decas epta diiungitur: hoc eſt cum anni ſepties deni confiunt: qua ætatæ homo vacuus ſoli exercitio ſapiẽtiæ vacat. Aut qui omnino homini longũ: In libro de ſenectute ait Cato ille vult diu viuere: hic diu dixit: q̃q̃ o dii boni: quid eſt in vita hominis diu. Catoni ipſi diuturnũ non videtur in quo eſt aliquid extremum: cũ enim id illud aduenerit: tunc illud quod præteriit effluxit: ꝓpheticus ſermo inquit: omnis caro fenũ & omnis gloria hominis ſicut flos feni: & vere inquit ambroſius in tertio exameri: viret ei gloria hominis in carne quaſi fenũ: & quæ putatur eſſe ſublimis exigua quaſi herba eſt: prematura vt flos caduca quaſi fenum. A tergo inſequens ſenectus: Seneca tam ſtultum eſſe ait: qui mortem timeat quam qui ſenectutem: Nam quẽadmodum ſenectus adoleſcẽtiam ſequitur: ita mors ſenectutem. Idem aliubi inquit quotidie morimur: quotidie enim demitur aliqua pars vitæ & tunc quoq; creſcimus vita decreſcit: infantiã amiſimus deinde pueritiam: deinde adoleſcentiam vſq; ad extremũ quicquid tranſit tẽporis perit. Apud hypanni: de hoc Propertius, Quãtum hypanis veneto diſſidet eridano: ex ma-

Etas ſapientię condimẽtum.

Meta viuendi annis. lxx.

dentia dulcius quam vt cætera auferat: affert certe ſenectus Quæ vero ætas longa eſt? aut quid omnino homini longũ: nonne modo pueros: modo adoleſcentes in curſu a tergo inſequens nec opinãtis aſſecuta eſt ſenectus. ſed quia vltra nihil habemus. hoc longum dicimus. Omnia iſta perinde vt cuiq; data ſunt pro rata parte a vita longa: aut breuia dicũtur. Apud hy-

Ois caro fenum

Hypannis fl.

gna scythiæ paludeprofluit:q̃ vt ait herodotus in quarto historiarum vocatur mater hypanis: fit amarus ob fonticulum:qui in eũ influit in tantum vt eius aquæ fiant inguſtabiles: hunc solinus ait principem esse omnium scythicorũ. In pontũ: Scilicet euxinũ. Vnum diem vi uant Aristoteles libro quinto de animalibus hypan is inquit fluuius apud cimerium bospho = rum sub solstitio defert ve luti folliculos acinis ma = iores : quibus volucres quadrupedes erumpunt : quod genus animalis i post meredianum vlq; diei tem pus viuit & volat:mox des cendente sole marcescit & languet : deinde occidente moritur:vita non vltra vnũ diem peracta: vnde ephe = merum idest diarium appel latum est. Plinius hoc idem memorans hemerobionvo cat a vita scilicet diali : al = bertus magnus : non tam elegans q̃ eruditus peripate ticus diem nominat. De crepita: sicut decrepita ho = minis etas est supra octoge simum annum ita istarum bestiolarum circa occasum solis: cum vita illarum lon = gissima sit vnius diei : de = crepiti senes dicti vel quia clamosi vel quia in dubio vitæ collocati. Solstitiali: qui dies longissimus est to tius anni: apd veteres solstitiũ pagebat octauo calendas Iulii:in octa = ua parte cancri. Magnus his anni cardo est: ab hac meta incipit flec = ti sol & digredi ad austrum aucturus noctes : ablaturus q; diei men = suram Cum eternitate : sententia ecclesiastica est mille anni apud deum : sicut dies vnus : nulla enim etas tam longa esse immo nec quidem cogitari potest : quæ non instar vnius dieculæ sit com = parata cum eternitate. Caldeorum promissa : Chaldei apud assyrios

Bestiolę diales.

Ephemerum Hemerobium

Solstitiũ

Chaldei

panium fluuium qui ab æurope parte in pontũ influit Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci: quæ vnum diem viuant. Ex his igitur hora octaua quæ mortua est proiecta ætate mortua est : quæ vero occidente sole decrepita: eo magis si etiam solstitiali die. Confer nostram longissimã ætatem cum æternitate. in eadem prope modũ breuitate:qua illæ bestiolæ repiemur. Contẽnamus igitur omnes ineptias : quod enim leuius huic leuitati nomen imponemus : totamq; vim bene viuendi in animi robore ac magnitudine: vt in omnium rerum humanarum cõtemptione ac despicientia: & in omni virtute ponamus. nam nunc quidem cogitationibus mollissimis effœminamur. vt si ante mors aduenter quã chaldeorum promissa

Ferire femur — ram tangere: femur ferire: in oratoribus vſitatum eſt: & indignãtes decet & excitat auditorẽ: quod athenis primus feciſſe creditur cleon

Supplo = ſio pedis — vt docet Quintilianus in. xi. cõplodere vero manus & pectus cede= re ſenicum eſt: pedis ſupploſio oportuna eſt vt ait Cicero in conten= tionibus incipiendis aut fi= niendis: fuit in marco an= tonio vt idem Cicero ſcri bit in bruto ſingularis actio Geſtus cum ſententiis con gruẽs: ſupploſio pedis. Vox pmanẽs: verũ ſub rauca na=

Baliſta — tura. Vt baliſta lapidũ: bali= ſtæ machinæ ſunt bellicæ: q̃ funibus neruicis tẽdũtur q̃ quãto plixiora habuerint brachia tanto longius ſpi = cula mittũt aut ſaxa. Capil lo muliebri: vel neruo funes in baliſta conficiũtur ma= gnitudini lapidis cõgruen= tes: mittit ãt baliſta lapides pondo centum viginti: au ctores vegetius & Victru= uius: beliſtam inuenerunt phenices vt docet Plinius:

Manuba liſtæ. — ſunt manubaliſtæ minores manu tractabiles: alio noie

Scorpio= nes — ne ſcorpiones dicti q̃ ſub= tilib⁹ & paruis ſpiculis ſcor pionũ inſtar inferunt mortẽ: a baliſta deducitur baliſtariũ. Plautus i

Baliſtariũ — penulo. Infortunii intenta baliſta eſt ꝓbe: quam ego haud multo poſt

Ex bali = ſtare — mittã e baliſtario: vbi baliſta accipi videtur ꝓ telo baliſtariũ ꝓ machi= na: hinc quoq; fit verbũ illud plautinũ ex baliſtare: quod ſignificat ex baliſta emitte & eiaculari: ſic enim ait in pſeudolo balionẽ ex baliſta=

Notabile — bo lepide: date operam modo. Sic plaga. quidã agrauant ictus an= te quonatũ: ſaliua in manus in geſta: quod ſi quẽ peniteat ictus illati ſtatim poſt ictum expuat mediã in manũ q̃ pcuſſit leuatur illico pcuſ ſus a pœna: hoc ſepe delũbata quadrupede approbatũ ẽ vt ĩgt. Plini⁹ in. xxviii. ſtati a tali remedio correcto aialis igreſſu. Hoc tm̃: quo q̃ũ.

Cũ nihil imminuatur dolo. Contra ait Seneca magnũ in querelis

Vt enim baliſtæ lapidũ & reliqua tormẽta telorũ eo grauiores emiſ ſiones habent: quo ſunt contenta atq; deducta vehementius ſic vox ſic curſus ſic plaga hoc gauior quo eſt miſſa contentius. cuius conten tionis cũ tanta vis ſit: ſi gemitus in dolore ad confirmandũ animũ va lebit. vtemur ſin erit ille gemitus la mentabilis ſi imbecillus ſi abiectus ſi flebilis ei: qui ſe dederit vix eum virum dixerim: qui quidẽ gemitus ſi leuationis aliquid afferret: tũ vi deremus quid eſſet fortis & animo ſi viri. Cum vero nihil imminua= tur doloris: cur fruſtra turpes eſſe volumus? Quid eſt enim fletu mu liebri viro turpius: atq; hoc præ= ceptum quod de dolore datur pa= tet latius. Omnibus enim rebus

est leuamentū: cui sentētie subscribit illud ouidianū. Fletq; meos casus: est quedā fiere voluptas. Lenitur lachrymis egeriturq; dolor: idē dixit strangulant incluſus dolor atq; cor estuat intus. Ira exardescit: supra dixit in oībus officiis psequēdis animi adhibendā esse contentionē: quæ sicut pollet in dolore: ita valebit in ira & libidine suffrenanda: q̄ partes sunt aī irrationabilis. Relegatæ p̄ cul a regina ratione: obtinētes infernas: sedes vt popinas quasdā & latrinarum latebras: diuersoriæ nequitiæ atq; luxuriæ. In eandem arcem: in vrbibus munitissimas esse artes nemo est qui nesciat: quod & ausonius testatur illo versu. Vrbibus in tuis munitior vrbibus est arx: arx sedes tirāni dī vt inquit asconius: vel editus in ciuitate & munitior ad salutē ciuiū locus Itaq; cū arx sit munitissimus & ad salutē comparatus locus: p̄ speciosam trāslationē signiſicat confugiēdum esse ad contētionem veluti in arcē: tanq̄ idē sit fugium sit munitissimū aduersus impetus irascentiæ & libidinis grassantiū: qđ est tutissimū contra dolorem assilientē. Dicendū est enim sepius pulchra vt inquit plato bis terq; repetenda sunt: & vt ait seneca: nū q̄ nimis dicetur quod nun q̄ satis. Nō sentiūt vulnera: dum calescunt in p̄lio. dū est ictus recēs: nō sentiūt dolorē ex vulnere: immo vt ait Furius poeta: viresçit vulnere virtus: & Lucanus saucia maiores aios vi pectora gestāt interdū nec se vulneratos esse sciunt: tantus est ardor aiorū: tantus impetus aduersariū p̄sternendi.

Leuamentum in q̄relis

non solum dolori simili contentione animi reluctendū: est ira exardescit: libido excitatur: in eandē arcem confugiendū est eadem sunt arma sumenda. sed quoniā de dolore loquimur illa omittamus. Ad ferendum igitur dolorē placide & sedate plurimū p̄ficit toto pectore vt dicitur cogitare. quā id honestū sit sumus. n. nā vt ante dixi: dicendū est enim sæpius: studiosissimi appetentissimiq; honestatis. cuius si quasi lumen aliquod aspexerimus: nihil est quod vt eo potiamur: non paratissimus & ferre & perpeti. ex hoc cursu atq; impetu animorum ad veram laudē atq; honestatē: illa pericula adeuntur in prælijs. non sentiunt viri fortes in acie vulnera vel si sentiunt se mori malunt: quā tantūmodum de dignitatis gradu dimoueri fulgentes gladios hostiū videbāt Decii: cum in aciem eorū irruebant. his leuabat oēm vulnerum metum nobilitas mortis &

Arx

Viresçit vulnere virtus.

Mures decii.

Decii de tribus de.q̃ cognominati sunt mures: q se morti deuotes rũt pro salute romanorũ diximus in primo cõmentario. Lucanus appellat decios lustrales belli animas. Ingemuisse epa. epaminũdas cuius virtute res lacedemoniorũ accisæ: opes thebanorum auctæ sunt post p̃elara facinora edita: extremo tẽpore apud mãtineã cũ acie instructa: & ducis optimi: & militis fortissimi officio fũgitur sparo qđ agreste telũ est pcussus ictu mortifero: relatusq; in castra semianimis reqsiuit a circũstãtibus saluus ne esset clypeus cum saluũ esse flentes sui respondissent allatũ veluti sociũ laborũ gloriæq; osculatus est Iterũ q̃siuit essent ne fusi hostes. Cũq; id quoq; vt cupiebat audiuisset. Euelli tũ de nicq; spiculũ iussit. Ita multo sanguine ꝓfuso in leticia & in victoria est mortuus: cuius morte thebanorũ vires hebetatæ: sunt vt nõ tã illũ amissse: q̃ cũ interisse oẽs viderẽtur: nã ante epaminũdã thebani alieno impio paruerũt: post interitũ eiusdẽ in seruitutẽ pristinã reuoluti sunt: vt manifestũ sit gloriã thebanã cũ ille natã cũ illo extinctã fuisse: vereq; dictũ sit vnũ hominẽ pluris esse q̃ ciuitatẽ: auctores trogus probus Emyliꝰ. M. Tullius: cæteri. In acie nõ sepe ꝓdeũt: philosophus arma nõ induit: ad bella non vadit. Domi in vita vmbratica ocioq; litterario vitã degit tranquillã & perinde beatã: cõtentus & suo & paruo: legimꝰ tamẽ Socratẽ & Xenophontẽ: rebus bellicis sese imiscuisse. Nã ex bello deliaco cũ male pugnatũ esset fugiens Socrates venit in triuiũ: sed eadẽ q̃ cæteri via fugere noluit: qbus q̃rẽtibus cur nõ eadẽ pergeret. Deterreri se a demonio suo dixit: tũc qdẽ ii q alia via fugerãt in eqtũ hostiũ inciderũt. Socrates ipse euasit incolumus: Seruauitq; Xenophontẽ ex equo ꝓlapsum: quẽ sublatũ humeris exportauit in tutum.

Sparo pcussus.

Epaminũdas.

Oculatꝰ clypeum.

Socrates bellator.

Presagiũ socratis

gloria: nũ tum ingemuisse Epaminundã putas: cũ vna cũ sanguine vitã effluere sentiret: imperantẽ patriã lacedæmoniis relinquebat: quã acceperat seruitutẽ. hæc sunt solatia: hæc fomẽta sũmorũ dolorũ. Dices quid in pace: qd in lectulo ad philosophos me reuocas: q in acie nõ sæpe ꝓdeũt: e quibꝰ hõ sane leuis heracleotes Dionysiꝰ cũ a Xenone fortis eẽ didicisset: adolore deductus est. nã cũ ex renibus

Heracletes: ab heraclea ciuitate bosphorana: cuius fuit municeps: hic aũt Dionysius inter nobiliores discipulos zenonis celebratur: quẽ piguit dolorẽ dicere adiaphoron. i. indifferẽtẽ: ꝓut dicitur a zenone & stoicis: cũ laboraret ex renibus: & cũ lipitudine acerrima cruciaretur.

A dolore deductus: superatus abstractusq; a ꝓposito. Ex renibus laboraret: hippocrates Galenus: & nobilissimi medicorũ nephreticos

græco vocabulo appellãt:laborantes morbo renũ φρος.n. grece Ren.& φριτις:morbus renũ: dicitur: qui inter acutos morbos enumeratur.Orarius: qđ latus aut renes morbo tenentur acuto Cor. celsus in quarto:at renes vbi affecti sunt diu male habẽte: peius est si frequẽs libidinosus vomitus accedit:bippocrates scribit nephreticos dolores difficulter sanescere in senibus idẽ tradit: bullantẽ vrinã signũ eẽ nephretici morbi & οξυ πονον .i.acutũ morbũ fore. Aialia vt ait plinius in renibus pinguia sunt:quaterni renes cervis sunt in brileto dester oibus est latior:& minus pinguis sicciorq; renes habent oia quadrupedũ q̃ aial generãt.Cũ Dionysius morbo renũ laboraret cruciareturq; cruciatu ipatibili succũbẽs dolori clamabat falsa esse q̃ a zenone didicisset.Dolorẽ.s.nõ esse malũ. Cleãthes:memoriæ proditũ est cleantẽ studiosissime philosophatũ esse sub zenone: & in decretis stoicorũ pseuerãter pstitisse: q inopia cogẽte mercenarius fact⁹ noctu hauriebat aquas ad hortos irrigãdos: iterdiu philosophabatur Vnde phreãtles dictus.i.puteos exhauriẽs:tradũt illũ:q̃ a zenone audierat ossibus bonũ & testis fictilibus pscribere solitũ : cũ pecunia cũ supperet ad carthas emẽdas hic pius frugẽ cleãtheã dixit:itelligi volẽs p̃cepta philosophię Stoice frugifera ac salutaria.Malũ ẽ igit̃ dolor cõclusio syllogismi quo vsus ẽ dionysi⁹ ad demõstrãdũ dolorẽ nõ eẽ adiaphoron:vt didicerat a zenone doctore:sed malũ.Versũ ex epigonis:ex lectõe papinii statii bellũ thebanũ satis notũ:& noia ducũ:q in eo bello occubuerũt:quorũ filii vt mortẽ parẽtũ vlciscerent̃:cõi cõsilio cõtra thebanos iterũ arma mouerũt:q accepant respõsũ ab apolline eã se ciuitatẽ expugnaturos:si alcmeonẽ ãphiarai filiũ impatorẽ rei bellicæ fecissent:igit̃ alcmeon exercitu ex græcis collecto contra thebas duxit copias militares:acerrimeq; cõmissa pugna potius est victoria:thebanorũ res accesæ sunt:q impares viribus oi spe distitui: ex cõsilio tyresiæ vrbẽ linquẽtes salutẽ fuga q̃siuere:thebæ captæ:ac dirutæ sunt huiusce secũdi thebani belli auctores dicti epigoni quasi fœtus illorũ:qui primũ cõfecerant bellũ:græce.n. εγγονη : fœtus appellatur:& qui post gignitur.inde euripides tragicus poeta: tragediã

laboraret : ipso in eiulatu clamitabat falsa esse illa: quæ antea de dolore sensisset ipse . Quẽ dũ Cleantes cõdiscipulus eius rogaret. q̃ nã rõ eũ de sentẽtia deduxisset? respõdit : quia cũ tantũ operæ philosophiæ dedissem : dolorẽ tamẽ ferre non possem: satis esset argumenti malũ esse dolorẽ.plurimos aũt annos in philosophia cõsumpsi: nec ferre possum : malũ ẽ igitur dolor.

Nephretici qui

Morbus renum acutus.

Quaterni renes cervis

Cleãthes

Phreãtles

De epigonis.

Thebæ dirutæ ab epigonis.

Epigoni alteri

hoc argumento compositã epigonos inscripsit : quæ agi exposcebat voce magna scenicorũ & sonora:ob hoc dixit. M. Tulli⁹ in primo de officiis:qđ histriones voce freti agũt epigonos:medeãq: labũtur qui existimãt epigonos apud strabonẽ esse populos: a quibus fabulæ nomẽ inditũ sit:cũ epigoni dicti sint generali vocabulo oẽs illi:qui ex diuersis populi conflati:secũdũ bellũ thebanũ duce alcmeone cõfecerũt:quasi posteniti & filiis illorũ : qui in primo bello ad thebas mortem oppetierãt : illud adde epigonos quoq; nũcupatos esse successores macedonũ veteranorũ: qui sub alexandro magno ex asiaticis fœminis sobolem susceperunt quæ soboles vt historici memorant nomen habuit epigoni:q; in castris nati: in armis educati a paruula ætate: periculis exercitati:laboribus durati: prorsus inuicti:& insuperabiles extiterũt:quibus vallum pro patria.Conflictus pro victoria erat: in epigonis vt ad tragediam reuertar:erat hic versus:audis ne hæc amphiarae: quẽ opinor ex persona alcmeonis filii dici ad amphiaraum patrẽ iam defunctum & sub terræ abditum: qui in primo thebano bello absorptus est hiatu terræ vna cũ curru:vt canit Statius in thebaide.Strabo refert corruente de curru amphiarao currũ ipsum inanẽ ad locũ boetiæ delatũ esse : qui a curru nomen acceperit: nãq; harma nominatur quod græco vocabulo currũ significat . Cleanthes autẽ vsurpauit hunc versum intelligi ipse volens nomine amphiarai zenonem:quẽ percũtatur an audiat qđ loquatur Dionysius discipul⁹ victus a dolore prorsus generãs a dogmate doctoris. At nõ noster possidonius:Scilicet deductus est a dolore & victus:hoc.n.extrinsecus sub intelligendũ:testis est Strabo in xiiii.possidoniũ fuisse epamiensem ex syria:sed rhodiũ existimatum: quia rhodi vixit:quia rhodi philosophatus est & sophisticam exercuit sicut apollonius molo clarissimus dicendi magister dictus est rhodius cum esset alabadensis:vtrũq; audiuit.M. Tullius cum rhodũ se contulisset: vt auctor est plutarchus: quod ad rẽ pertinet pompeius magn⁹ confecto bello mithridatico:victor in patriã reuertens cum rhodũ venisset audire voluit professores oẽs artiũ liberaliũ: & singulis pfesso-

Amphiaraus absorptus

Harma

Possidonius.

Rhodius

Liberalitas pompei in professores.

Tum Cleanthẽ cũ pede terram percussisset versum ex epigonis ferũt dixisse: Audis ne hæc Amphiarae sub terram abdite . zenonẽ significabat a quo illum degenerare dolebat. At non noster possidonius quem & sepe ipse vidi: & id dicam q̃ solebat narrare pompeius se cũ rhodum venisset decedens ex syria audire voluisse possidoniũ sed cũ audiret eũ grauiter esse egrũ quod vehementer eius artus laboraret:

ribus talentū singulū dono dedit: cū primis autē audiuit possidoniū philosophū: qui scripsit ad hermagoram oratorē totū hoc negocium quēadmodū auditus fuerat & donatus a Pōpeio: & q̄cūq; in ea collocatione q̄sita fuissent: hoc idēathenis circa philosophos egit pōpeius

Eius artus laborarēt: possidoniū articulari morbo laborasse significat: quo perisse enniū poetā docuim⁹: articularios morbos sedat herba melissophyllon vt inquit plinius in. xxi.

Articularius morbus.

voluisse tamen nobilissimū philosophum viscere. quem vt vidisset & salutauisset. honorificisq; verbis prosecutus esset: molesteq; se dixisset ferre: q̄ eū nō posset audire: at ille tu vero inquit potes: nec cōmittā vt dolor corporis efficiat vt frustra tantus vir ad me venerit Itaq; narrabat eū grauiter & copiose de hoc ipso nihil esse bonū nisi q̄ honestum esset cubantē disputasse: cūq; quasi faces ei doloris admouerentur sæpe dixisse: nihil agis dolor quāuis sis molestus nunquā te esse confitebor malū. Omninoque omnes clari & nobilitati labores contēnendo fiunt etiā tolerabiles. Videmus ne apud quos eorū

Tantus vir: scilicet Pompeius: quo nullus maior in romana republica extitisset si ante cladē pharsalicā occubuisset: qđ & Seneca confirmat in libro de cōsolatione ad martiā hisce verbis. Si. Gn. pompeiū decus isti⁹ firmamentūq; imperii Neapolis fortuna abstuliſſet indubitatus populi Romani princeps excesserat. Cubā tem: in lectulo iacētē egrotantē. Cubare enim egrotare ē. Orati⁹: trans tiberim lōge cubat is ꝓpe Cæsaris ortos. Nihil agis dolor: verbū plenū virilitatis & roboris ac plane dignum stoico

Cubare

philosopho: qui dolorē negat esse malū quāuis sit molestus toleratuq; difficilis. Qui gymnici nominātur: ludos gymnicos appellant: quibus nudati exercent corpora: vt in athleticis & palestricis certaminibus. Nero princeps edidit certamen gymnicum in septis Galienum quoq; imperatorem: ludos gymnicos dedisse testis est iulius capitolinus γυμνος græce nudus significatur: vnde gymnici ludi dicti græca res est nihil velare & corpora nudare. Dixit plinius græcos vitiorum omniū genitores vsum olei ad luxuriā vertisse in gymnasiis publicando. Venandi laus: venatorie voluptates continent in se vt inquit iulius capitolinus: calorem: pluuias: sudorem: frigora: niues: & id genus mala cōplusicula: quæ tamen omnia studiosi venationis non solum floccipendunt: sed appetēter accedūt: & vt ait Oratius. Manet sub ioue frigido venator tenere cōiugis immemor: optimi principes

Gymnici ludi.

Laus venationis

vt docet dion: venationē exercēt vt rem optimā ſaluberrimāq; vnde corpus robuſtius & aīa fortior efficit: in qua bellica oīa exercent: nam & in ea equitare & currere & atroces feras excipere: & eſtū friguſq; perferre: ſepe famē pati neceſſe eſt: pſarū reges venātur intra ſepta vbi veluti in carcere continēt incluſas feras: talis venatio iprobat. Cyrus autore Xenophonte ſuos non prius ad prandium ſiue cenam ire ſinebat q̄ ſudaſſent itaq; in venationem educebat: qua ſudor maxime euocatur. Damnabat autem otium & deſidiam perinde ac rem peſtiferam & corporibus valde detrimētoſā Refert idē Xenophon pſas in venatu nō prādere: q̄ id obſoniū habēt quodcūq; venādo cepint: ſinminus naſturcio veſcūtur. Plato ille deus philoſophorū libro ſeptimo de legibus vitupat venationē aquaticorū aialiū. Aucupiū dicit rem magis eſſe ſeruilē q̄ libero dignā: q̄is iucundū ſit venationē vero ferarū maxime ꝓbat: quæ equis canibus corporis viribus agitur: nam quibuſcūq; curæ eſt fortitudo ii quadrupedes oēs curſu vulneribus telis manu ꝓpria venādo vincere debēt: venationē dixit oratō gloriosam fuiſſe Romanis & ſalutarē illo verſu: Romanis ſolēne virū opus vtile famæ vitæq; & mēbris: q̄ habuerit horoſcopū in. xvi. pte arietis: is erit venator. Auceps vel nutritor ferarum: ltē nati ſydere cū niculæ erunt venatores: Auctor firmicus maternus in. viii. matheſeos In canonicis decretis improbāt venatio pinde ac nequiſſima: ſic enī ſcriptū eſt. di. lxxxvi. qui venatoribus donant nō hominibus donant ſed arti nequiſſimæ: inibiq; interdicitur ſacerdotibus venatio. Equitandi: Cyrus apud Xenophontē ſuadet ſuis vt ſemp ſint in equis: ex quo tempore obſeruatū eſt apud Perſas ne quis ex claris viris aſpiciatur vnq̄ pedes incedere. Refert herodotus pueros pſarū a quimatu vſq; ad viceſimū annum inſtitui tribus dum taxat rebus equitare. Sagacitare, & vera loqui: qui habuerit in horoſcopo ſid⁹ equi celeſtis: erit aurigæ. Agitatores veredarii: vt inquit iuliusf firmicus: vbi veredarii ſignificātur hi curſores equeſtres: quos vulg⁹ ſermone vernaculo caballarios appellat: quorū mētio fit a Hieronymo: & in inſtrumēto veteri in libro cui titulus eſt heſter ſic ſcriptū legibus: epiſtolæ miſſe ſūt ꝑ vereda rios: & egreſſi ſunt veredarii celeres nūtios pferentes. Peteſſunt: petūt verbū vetus eſt: vt ipetraſſere: cōciliaſſere cōmoſtraſſere qualia apud plautū plurima. Qui ait in trinūmo., Vtrā potius harū

Deſidia pniciosa

Horoſcopus venatoris

Venatio interdicta ſacratis

Perſæ ſp in equis

Veredarii Peteſſere

Famula ⁊ ābitiosorū Miſerrima ābitio

ludorū qui gymnici nominantur: magnus honos ſit: nullum ab his qui in id certamen deſcendant deuitari dolorem? Apud quos autē venandi & equitandi laus viget: q hanc gloriam peteſſunt nullū fu-

mihi artem expetessam. Quid de nostris ambitionibus. Ambitio: mortales impellit ad multos labores subeūdos: & cōtumelias demus- sandas: & iniurias tolerāter perferendas: vt ita ad id aliquādo quod cupiunt peruenire possint: scribit scite & decenter columela in primo de re rustica. Ambitiosos miserrimo famulatu p dedecus fascium de- c9 & ipiū ꝓfuso tñ patrimo nio mercari. Ambitio vt ait salusti9 multosmortales fal sos fieri coegit: aliud clau- sum in pectore aliud in lin- gua promptū habere. Ami- citias inimicitiasq; nō ex re sed ex commodo estimare: magisq; vultum q̄ ingeniū bonum habere. Miserrima esse omnino ambitio: hono rumq; contentio: vt præ-

giūt dolorem: quid de nostris am- bitionibus quid de cupiditate ho norum loquar quæ flamma est p quam non cucurrerint hi: qui hæc olim punctis singulis colligebant Itaq; semper Africanus socrati cum Xenophontē in manibus ha- bebat: cui9 in primis laudabat illud

clare scriptum est apud Marcum Tullium. in libris officialibus.

Quæ flamma est: methaphoricos nullum periculum recusari signi- ficat ab ambitiosis dum voti compotes fiant: per flammā enim nemo currere potest sine vitæ discrimine. Antiquum verbum est petere ci- bum ex flamma: quod vsurpat Terentius in eunucho cum ait: ex flam ma: te petere cibum posse arbitror: vetus quoq; adagium est. De fumo tendere ad flammam quod significat ire in periculum. Amianus Mar cellinus: ire tendebat de fumo vt prouerbium loquitur vetus ad flā- mam: alii interpretantur de fumo ad flammam ex tenebris ad fulgo rem: ex infimis sordibus emergere ad splendidam fortunam: quinent prouerbiale est illud ennianum flammam a sapiente facilius ore in ar- denti opprimi q̄ bona dicta. Dixit Mar. Tullius in bruto galbam eripuissem sese de flamma iudicii: cum significare vellet eum libera- tum esse a periculo iudicialis damnationis: cuius veluti flamma ac incendio semiustulatus esse videbatur accusante catone. Punctis singulis: suffragiis singulorum suffragatorum. Oratius omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci: hoc est vt exponit porphirio suffra gia omnia iudicum: propterea quod antiqui suffragia non scribebāt sed puncto notabant: hinc tale epigramma in plocium plancum: qui passus est repulsam in prætura diuulgatum est suffragiorum puncta non tulit septem Ciconiarum populus vltus est mortem: ausonius in panegyrico ad gratianum. Munere inquit tuo non passus sæpta nō campum nō suffragia nō puncta: non luculos. M. Tullius libro tertio

Petere ci bū ex flā- ma

De fumo ad flāmā

Flāma iu dici

Pūcta ꝑ suffragia

Suffragia voce & tabellis leges tabellariæ

de legibus docet ſuffragia in tabellis occultari. Itaq; magis ꝓbat ſuffragia: q̄ voce fiunt q̄ quæ in tabellis dantur: inde leges tebellarie dictæ ad ſuffragia pertinēt: quales fuerūt gabinia. Caſſia. & carbonis a gabinio caſſio & carbonæ latæ: lex a Cicerone de ſuffragiis hæc cōdita eſt: optimatibus nota plebi libera ſunto. Socraticū xenophontem: pediā cyri ſignificat:

Pedia cyri non ad fidē hiſtorie

quā: luculenter ſcribit xenophō atticus ſocratis diſcipulus: qui ad cyri virtutes exequendas votū poti⁹ q̄ hiſtoriam cōmedauit: cū diceret nō qualis eſſet cyrus: ſed qualis eſſe dicerent: quod opus adeo probat. Mar. Tullius vt id legendo pœne cōtriuerit: ſic enim ipſe ſcribit i epiſtola ad papiriū petum ωαι Δειασκυρου: quam contriuerā legendo totam in hoc imperio explicaui: idem de eodē ſic refert in epiſtola ad quintū fratrē didaſcalica: cyrus ille: a Xenophonte nō ad hiſtoriæ fidem ſcriptus ſed ad effigiem iuſti imperii: cuius ſumma grauitas ab illo philoſopho cum ſingulari comitate conſūgitur: quosq̄ dem libros non ſine cauſa noſter ille aphricanus de manibus ponere non ſolebat: nullū eſt enim prætermiſſum in his officium diligentis & moderati imperii: tradunt idonei ſcriptores inter Xenophontē & Platonem ꝓpter virtutū parilitatem fuiſſe motus quoſdā tacitos & occultos ſimultatis ac maliuolentiæ: idq; non ex cinceræ voluntatis argumentū: quod Xenophon libris Platonis de re publica oppoſuit contra ſcripſitq; diuerſum regiæ adminiſtratiōis genus: quod ωαι Δειασκυρου: ideſt pediæ ſiue inſtitutionis cyri inſcriptū eſt: hoc facto ſcripto vſq; adeo ꝓmotū eſſe Platonem ferūt: vt libro tertio de legibus mentione cyri habita retractaudi eleuandiq; eius operis gratia virum quidē cyrum nauum & ſtrenuū fuiſſe dixerit: rectam vero diſciplinam nullo pacto attigiſſe: nec ad rei familiaris adminiſtrationem animū vnq̄ applicuiſſe. M. Tullius in oratore ſic laudat Xenophōtem vt eius voce muſas quaſi loquutas ferat: & vt auctor eſt laertius diogenes ob dulcedinē eloquii appellabatur muſa attica. Quintilianus in. x. tradit fuiſſe iucunditatem in Xenophonte inaffectatam: ſed quam nulla conſequi affectio poſſit: meritoq; dici poſſe in labris eius ſediſſe quantā per ſuadēdi deam: quā greci ωιτο vocant. noſtri modo ſuadē mō ſuadelam. Eoſdem labores: In primo pediæ dicit ad cyrum cambyſſes debere Imperatorē in æſtate tollerare plus ſolis: in hyeme plus frigoris: In laborando plus laboris: quoniā hæc omnia

quod diceret eoſdē labores non eſſe æquæ graues imperatori & militi: quod ipſe honos laborē leuiorem faceret imperatorū: ſed tamen hoc euenit vt in vulgus inſipientium opinio valeat honeſtatis. cū

Pedia in manibus africani

Simultas interplat & xenophontem muſa attica. Picho. Suada

conducunt ad amorē ſubditorū corpora enim imperatoris ac priuati hominis ſimilia hiſdem laboribus non ſimiliter affici: honos enim labores imperatori leuiores efficit: preſertim quod intelligit in hominū eſſe oculis quicquid ipſe faciat. Eius iudicio ſtare nolim: Saluberrimū præceptum: quo monet. M. Cicero nō debere nos pendere ex iudicio vulgi & plebeculæ imperitæ: nā vt idem veriſſime inquit in oratione pro plancio: non eſt conſilium in vulgo: non ratio: nō diſcrimen: nō diligentia: non ſapientia ducitur ad iudicādum: ſed impetu: nonnūq; ſed etiā temeritate: hoc eſt quod intelligi voluit perſiꝰ cū ait. Non ſiquid turpida roma eleuet accedas examē ve improbū in illa caſtiges trutina nec te q̄ſueris extra Seneca quoq; ſancte & ſciēter vt oia nūq̄ iqtvolui populo placere: nā q̄ ego ſcio nō ꝓbat populꝰ q̄ ꝓbat populꝰ ego neſcio. Tuo iudicio In epiſtola ad curionē ait idem: tecū loq̄re te adhibe in conſiliū: te audi: tibi obtēpera: nemo eſt qui tibi ſapiētius poſſit perſuadere te ipſo nūq̄ labere ſi te audies: in hanc ſententiā eſt illud ꝓ ſianū: tecū habita & noris q̄ ſit tibi curta ſuppellex. Dixit alubi Mar. Tullius ſuum quiſq; norcat ingeniū acrēq; ſe & vitiorū & bonorum ſuorū iudicē præbeat. Exaggerationē: altitudinem & excellentiam: tranſlatio ſumpta a terra: quæ exaggerrata & in aggerem erecta ſuſtollitur in faſtigiū: oratores exaggerrationē facere dicuntur: quando pluribus verbis vnā eandēq; rem vehemēter dicunt: quæ res maxime venuſtat orationē apud Cāonē luculēta illa exaggerratio eſt ſuccidi das hūanas facis decē funera facis. Decē capita libera interficis: decē hoiꝰ vitā eripis indicta cā in iudicatis in dēnatis: qđ ait Cato ſuccidias humanas facis. vt id intelligas ſcito ſuccidiā dici tergus ſullum ſale duratum a ſuibus cedentis ſiue edendis: vt interpretatur. Marc. Varro: nam id pecus primum occidere ceperunt & vt id ſeruarent ſalire. Cato apud Ciceronem. Iam hortum inquit agricolæ alteram ſuc-

Honos leuat labores ſperatoris.

Conſiliū non eſt in vulgo.

Perſius.

Tecū habita

Exaggeratio.

Succidia.

cidiam appellant: maiores nostri dicere solebant ignauũ & sumptuo-

Succidia hortus.

sum esse qui succidiã in carnario suspenderit portius elaniario q̃ e domestico fundo. Si vacet populo: vacare populo est operã populo dare & inseruire. Aliter vacare populo significat liberum esse a populo populariq; iudicio: in quẽ sensum videtur hoc dici a Mar. Tullio amplitudinẽ scilicet animi pulchriorem futuram: si nõ sit subiecta populo iudicio sed vacuam ab eo & liberam se ipsa contentam non captãtem plausus & auras populares. Sine vendicatione: sine ostentatione. Nullum theatrum: æpicurus cũ vni ex consortibus studiorũ suorum scriberet: hæc inquit ego non multis: sed tibi: satis enim magnum alter alteri theatrum sumus: & profecto virtus laudatore non eget: præconem non quærit: auram popularem non captat. Non indiga alienæ opis: non pendens ex vulgi iudicio sed sibimet merces pulcherrima. Cassiodorus theatrum interprætatur visorium: quasi videndi & spectandi locum: quale a Cypriano dictum est speculatorium. Conscientia: vulgo celebratum est vice prouerbii. Conscientia mille testes: Cuius magna vis est in vtramq; partem illa virtutum nostrarum & innocentiæ trucinatrix est ac præmiatrix: illa vitiorum insectatrix & carnifex: qua iudice nemo nocens absoluitur: quæ vt inquit satyrographus: surdo verbere cœpit occultum quatiente animo tortore flagellum: qui probus est teste conscientia vitam degit securam & beatam: fontes vero & scelerati mens habet nescio quos carnifices internos: modo ipsa sibi cõscientia carnifex est: grece dicitur οἰκεία σὺρει Δησιϛ βελει ϖλητ̃ει: τηρ ψηχηρ: idest domestica conscientia iaculo animã ferit. Se æquabilem: quidam tolerantes ferunt morbum vulneribus succumbentes. Alii vulnera fortiter excipiũt dolorẽ morbi ferre nequeũtes: hæc inæqualitas a Cicerone damnatur: qui ait & hic & aliubi æquabilitatẽ in omni vita esse seruãdam:

nium rem pulcherrimam: eoq; pulchriorẽ si vacet populo neq; plausum captans se tantũ ipsa delectet. Quinetiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia quæ sine vẽdicatione: & sine populo testefiunt. non quo fugiendum sit: omnia enim benefacta in luce se collocari volunt. sed tamen nullũ theatrum virtuti conscientia maius est. Atq; in primis meditemur illud: vt hæc pacientia doloris quam sæpe animi intentione dixi esse firmandam: in omni genere se æquabilem præbeat: sæpe enim multi qui aut propter victorie cupiditatem: aut

Magnũ alter alteri theatrũ

Visorium Speculatorium Conscientiæ vis.

Cõsciẽtia carnifex.

Propter gloriæ amorē: in libro de fœlicitate perſcripſimus quēadmodū gloria eſt fax mentis: & ſola animos mortaliū perurit inflāmatq; ad magna capeſſenda: ad pericula intrepide ſubeūda: in tātū vt viri magni excellentia animi p̄ſtantes ſummū bonoq; in gloria collocauerint: ad gloriā pinde ac metā actiones ſuas omnis direxerint. Deniq; pro gloria mori nō recuſarit. Barbari & imanes: Alachris ē & fortis philoſophia cimbrorū & celtiberorū vt inqt Valerius maximus: qui in acie gaudio exultabāt tā q̄ glorioſe & fœliciter vita exceſſuri: lamentabantur in morbo: quaſi turpiter & miſerabiliter pituri: cantabros quoq; hiſpanię populos memoriæ proditum eſt: ſolitos canere peana leticiæ ſuffixos cruci ab hoſtibus. Celtiberi: auctore ſtrabone quadrifariā diuiſi ſunt: fortiſſimi omniū ad ortū ac meridiē ſiti: ſpurciſſimus ille fuit ritus celtiberorū: quo corpora lauabant ex locio ſiue vrina quibus vrina erat pro dētificio: ea enim dentes & gingiuas pumicabant: auctores Strabo: Diodorus: Apuleius. Catullus: a celtis calliarū & iberis hiſpaniarum cōſociatis dicti celtiberi: hinc ſilius. venere & celtæ ſociati nomen iberis & Lucanus gallorum celte miſcentes nomen iberis. Cimbri vero populi ſunt germaniæ: proximi oceano gloria ingentes: qui olim italiam inundarunt: tandem a mario ſubacti & ad interneccionem deducti: ſunt de quibus fuſius prolyxiuſq; ſcripſi in ſecundo Propertii commentario ſuper eo verſiculo cimbrorumq; minas & benefacta mari: cimbri lingua gallica latrones dicunt: cur autem ſeptētrionales populi ſint ad arma promptiſſimi ruantque in ferrum ſine timore cauſa eſt ſanguinis abundantia: vt docet Victruuius in. vi. & meminerunt philoſophi: e contrario meridianæ nationes propter ſanguinis exiguitatem timidiores ſunt ferro reſiſtere: ſed ardores ac febres ſubſtinent ſine timore: cum corpora ſeptentrionalium a febri ſint timidiora & imbecilla. Græci prudentes vt eſt captus hominum id eſt tam prudentes q̄ capax prudentiæ eſt hominum natura. Apuleius dixit ſupra captum cogitationis: pro eo quod eſt ſupra quam quiſpiam cogitatione capere & completi poſſit. Terentius in adelphis

propter gloriæ amorem: aut etiā vt ius ſuum & libertatem tenerent vulnera exceperūt fortiter & tulerunt. Idem omiſſa cōtentione dolorem morbi ferre nō poſſunt: neq; n. illū quem facilē tulerāt. ratione aut ſapientia tulerāt: ſed ſtudio potius & gloriā: itaq; barbari quidā & immanes ferro decertare acerrime poſſum: ægrotare viriliter nō queunt. græci autem homines nō ſatis aioli: ſed prudētes vt ē captus

Gloria

Alacris Philoſophia cimbrorum.

Cantabri ſpurcus mos celtiberorū.

Vrina p dentifricio Celtiberi vnde.

Cimbri cā audaciæ in ſeptētrionalibus.

Captus hoim.

vt est captus seruulorũ non malus: vbi exposuit donatus: quantũ capit animus seruilis: vel captus seruorũ vt se habet conditio seruorum & sors apud Suetoniũ vltra captũ hominũ: græci dicti sunt prudentissimi & ingenia diuina sortiti ex aeris loci q̃ tẽperie. Aristoteles in septimo politicorũ: quæ inquit gentes in frigidis regionib⁹ habitans; animosæ quidẽ sunt: sed parũ ingeniosæ: quæ asiã incolunt: ingenio abũdant: animositatæ destituũtur: at genus græcorũ vt mediã regionem locorũ sortitũ est: sic etiã prudentiæ & fortitudinis particeps est: nam & animosi ingenioſi græci sunt. Constat inter scriptores græcos esse quidẽ prudentes: sed animosos esse non omnes concedunt: dixit Ouidius græcia facundũ sed male forte genus: Iulius ait athenienses litteris verbisq̃ quibus solis valẽt bellũ aduersꝰ Philippũ gessisse Cõsensus eruditorum dat prudentiã & fortitudinem iunctim italicis gẽtibꝰ Acutiores enim hominum mentes efficit aer calidus: refrigeratus aũt tardiores: tẽperatissimæ vero ad vtrã q̃ partẽ & corporum viribus & animorum vigoribꝰ pro fortitudine sunt: in italia gentes: quemadmodũ iouis stella inter martem feruentissimũ & saturnum frigidissimũ media currẽs temperatur & salutaris fit: eadem ratione italia inter septentrionalẽ & meridianam plagam salubri mixtura temperatur hinc corpora robusta ingenia fecunda totiusq̃ naturæ capacia. Tantillum: pusillum minimum: tertio gradu diminutionis: a tanto tantulum tantillum. Plinius ampliato etiã miraculo tantuli animalis cibo absumi natalem tantarũ arborũ. Vt a virtute obruat̃ Sicut i sole lucerna sint nec ne sint nihil interest: ita dolor virtute supat̃: vt iaceat demersus & nusq̃ appareat.

Prudẽtes græci ex tẽperie.

Græci valent litteris nõ fortitudine.

Itali fortes & prudentes.

Tantillũ. Tantulũ.

hominũ satis hostem aspicere nõ possunt. & iidẽ morbos tolerãter atq̃ humane ferũt. At cibi & celtiberi in prelijs exultant: lamẽrantur in morbo. nihil enim potest ee æquabile q̃ nõ a certa ratione proficiscatur: sed cũ videas eos qui aut studio aut opinione ducanturi eo psequẽdo atq̃ adispiscẽdo dolore non frangi. debeas existimare aut nõ esse malũ dolorẽ: aut etiã si quid asperũ alienũq̃ a natura sit. id appellari placeat malũ tantulũ tamen esse: vt a virtute ita obruatur vt nusq̃ appareat. Quæ medita re quæso dies & noctes. Latius emanabit hęc ratio: & aliquãdo maiorem locũ q̃ de vno dolore occupabit. nã si oia fugiẽdæ turpidis adipiscẽdæq̃ honestatis cã faciam⁹ non mõ stimulos doloris: sed etiã

Fulmina fortunæ: trãſlatio a ioue fulminãte. Cui⁹ fulmini nihil re ſiſtere poteſt: quod terrificũ eſt: & ineffugibile: qđ ſæpe nocẽtes p̃terit exaiatq; indignos inq; merẽtes vt ait Lucretius. Profugiũ: mortem intelligit: quæ erũnarũ & dolorũ finis eſt. Si cui nauigãti: Senſus eſt. Si nauigãti a p̃donibus deprẽſo diceret aliquis deorũ: vt ſe de nauí deiiceret: paratũ ei eſſe ſuffugiũ: ille ꝓfecto: deponeret omnẽ timorẽ: ita circũinuento doloribus ipatibilibus paratũ dicit eẽ ꝓfugiũ mortis: ad quã ſit confugiendũ: vt ſic oĩs dolor finiatur. Vel delphinus: qđ mare nõ nouit quæ neſcit Ariona tellus? vt inqt Ouidius: nihil ſane celebracius fabula ariõis citharedi Vecti a delphino: de quo herodotus. Gellius. Plinius. Solinus. Cæteri. Vnus ſtrabo diſſentiens Autumat Arionẽ a p̃donibus fuiſſe in mari obrutũ: quẽ reliq excœptum a delphino tradunt: qui captus muſico cõcẽtu adnatãs dorſo interfluctus ædito illũvectauit incolumẽ aduſq; tenarũ. In tertã laconicã. Methymneus dr̃ a patria methymna: quæ ciuitas eſt in inſula leſbo vini generoſi ferax. Virgilius. Quã methymneo carpit de palmite leſbos & Ouidius gargara quot ſegetes: quot hẽt methymna racemos. Vel æqui pelopis: ſat notũ quẽadmodũ pelops tãtali filius curruli certamine cõtendit cũ oenomao hippodamiæ patre: qui cũ ex oraculo dicciſſet ſe tunc moriturũ: cũ filia nupſiſſet: multis illã petẽtibus ꝓpoſuit certamẽ: quo victus interficeretur: victor ſiliã duceret vxorẽ: æquorũ inſtituit curſum ad arã neptuni quæ eſt in iſthmo corinthiaco cũ plures æquorũ quos pniciſſimos habebat velocitate ſupeſſet ſuperatoſq; peremiſſet: pelops tũ dolo cũ aurigã oenomai myrthilum corrupiſſet tũ æquorũ pnicitate vicit oenomaũ: abduxitq; ex pacto vxorẽ hippodamiã: a pelopis noie dicta pelopõneſus: & pelopidæ ducti vnde nomẽ pelopidarũ famigeratũ eſt apud ſcriptores. Vel neptũni: græci ἔππιον ποσειδαῶνα. latini æq̃ſtrẽ neptunũ vocã vel qđ pegaſus æquus ex eo ꝓgenitus ſit vel qđ tridentis ictu pcuſſa terra æquũ ꝓduxerit noie ſyronẽ cũ pallade cõtendẽs: ſup noie athenis imponẽdo: ſcribit ꝓbus grãmaticus neptunũ principẽ exiſtimari originis æquorũ & iccirco etiã poete tradũt ab eo donatũ æquũ a draſto nomine arionẽ: vnde a ſtacio dictus adraſteus arion: & iuuenal

fulmina fortunæ conteñamus licebit: preſertim cũ paratũ ſit illud heſterna diſputatione ꝓfugiũ. vt. n. ſi cui nauigãti quẽ predones inſequãtur: deus qs dixerit. Eiice te de nauí: preſto eſt qui excipiat vel delphinus vt arionem methyneum: vel equi Pelopis illi vel neptuni q pervndas currus ſuſpẽſos rapuiſſe

Arion cantauiſſi mus.

Methymna. fœlix vio

Equi pelopis.

Pelopidę

Neptun⁹ equeſter

Arion adraſteus.

Xanthũ & cyllaron quos illa dederit caſtori & polluci: ſed harũ fabularum & cõmenti cauſa eſt natura: nãq; numen neptuni: qui deus eſt maris velox eſt & mobile inſtar æquorum: alii interp̃tantur neptunũ vniuerſi liquoris hoc eſt ſeminis animaliũ deum exiſtimari æquorum eo magis: quod planicies eis cõuenies ſit quæ aquis accidit: nũc. M. Tullius æquos neptuni intelligi vult vel illos quos tã dixim⁹: arionẽ: ſyronem: xanthũ: & ſcyllaron: vel illos marinos iugales: q currum neptuni per vndas volitantis ſuſpenſum trahunt: de quibus ait poeta ægregius: flectit æquos curruq; volans dat lora ſecũdo: itẽ in. v. æneidos copioſius: iũgit æquos curru genitor ſpumantiaq; addit frena feris manibuſq; oẽs effundit habenas. ceruleo per ſumma leuis volat equora curru: De equis Neptuni Statius in achilleid. iubet ire iugales. illi ſpumiferos glomerant a pectore fluctus. pone natãt delẽtq; pedũ veſtigia cauda. Plinius. Solinus. Diodorus: cæteri deſcribunt hippopotamos hoc eſt equos aquaticos: qui in quadam medendi parte magiſtri extiterũt. venã enim in crure vulnerantes. & ita profluuio ſanguinis exonerantes corpus mõſtrauerũt phlebotomiã & ſanguinis miſſionẽ. Quo ſit ſugiendũ. ad mortis ſcilicet profugiũ: quæ omniũ dolorũ finis eſt & erũnarũ meta. In ſententia. quod ſcilicet dolor ſit maximũ malorũ. Duarum rerum: mortis & doloris.

Hippopotami.

Phlebotomia ab hippopotamo.

Cras ad clepſydram: clepſydra horologii aquarii genus eſt. horas aqua dimetiẽs. nam vaſculum eſt vitreũ graciliter fiſtulatũ. per quod guttatim defluit aqua incluſa ſtillicidioq; exhauritur: vnde nomẽ deductũ ab aquæ furto. κλεπτω enim ſignificat furor & abſcondo. κατουδορ ideſt aquam. conſimilia ſunt hoc tẽpore clepſydris vaſcula illa apud nos vſitatiſſima: q̃ i medio inſtar duorũ turbium coartantur: ex qbus puluiſculũ p foramen minutũ ſenſim delabitur ex parte ſuperiore in inferiorẽ: atq; ita legitimũ tẽpus horæ metitur vulgo nominitant horologiũ puluiſculi. apud veteres oratoribus acturis cauſas forenſes p̃ſcribebatur tẽpus dicendi datis clepſydris: qbus ex hauſtis: amplius dicere vetabãtur: quod inſtitutũ improbat Plinius in epiſtolis: qui ait paucioribus clepſydris cauſas p̃cipitari. q̃ antiquitus plu

Clepſydra quid.

Tẽp⁹ dicẽdi ad clepſydrã.

dicuntur: excipient te & quo velis perferẽt: omnem omittas timorem ſic vrgẽtibus aſperis & odioſis doloribus ſi tanti non ſint vt ferendi ſint quo ſit confugiendum vides. Hæc fere hoc tẽpore putaui eſſe dicenda. ſed tu fortaſſe in ſententia p manes. A. minime vero meq; biduo duarũ rerum quas maxime timebam ſpero liberatum metu. M. Cras ergo ad clepſydram: ſic enim

tribus diebus explicabãtur. illa inqt increbruit paſſim inualuit conſuetudo binas vel ſingulas clepſydras interdũ & dimidias & dandi & petẽdi: idem alibi. Dixerã horis pene quinq; nã tribus clypſidris: quas ſpatioſiſſime acceperã ſunt additæ quatuor. in hunc ſenſum accipiendum eſt illud epigrãma mordacis poetæ: ſeptem clepſydras magna tibi voce petenti. Arbiter inuitus ceciliane dedit. In cõmentariis apuleianis annotauimus clepſydrã hanc ab apuleio deſignari: q̃ accuſatori reoq; cauſam dicturis dabaſ cũ in tertio de aſino aureo ſic ſcribit. accuſator quidã ſenior exurgit & ad dicendi ſpatiũ vaſculo quodã inuicẽ coli graciliter fiſtulato ac per hoc guttatim defluo infuſa aqua populũ ſic adorat: hoc eſt quod idẽ in apologia ſub obſcure itelligit voluit dicẽs ad accuſatorẽ. mea aqua licet ad hoc vtare: ideſt potes vti tẽpore mihi ad dicendũ dato preſcriptoq; p clepſydras aquarias. obiter corrigendus eſt apuleii loc⁹ ex hoc ſenſu ductus plane dignus correctione. Sic enim ſcriptũ eſt in apologetico. quoniã mihi pro accuſationis lõgitudine largitur atq; ſupereſt. verba futilia haud dubie & lapſantia maleq; coagmentata citra ſenſus venuſtatẽ. nos adibita cutioſitate illa genuina ita emendauimus. Quoniã mihi pro accuſationis longitudine largiter aquæ ſupereſt. vide queſo an hæc emẽdatio noſtra. digna ſit aſteriſco: cuius ſenſus eſt: ſibi ſatis ſuperq; aquæ ex clepſydra ſupereſſe ad dicendũ. ſic emaculata doctiſſimi ſcriptoris verba redolent morẽ priſcũ: & ſaporẽ apuleianũ guſtatu prebent: clepſydris vt ait Martianus lunæ magnitudo cognoſcitur clepſydrã vt inquit Seneca non extremũ ſtillicidiũ ex haurit: ſed quicquid ante defluit. In hãc ſententiã ait ſcriba apud philoſtratũ ad apolloniũ tyaneũ: quota aqua tuã oratio nem metieris. & mox paulo. Clamabat accuſator metire aquã o rex. ſi enim orationis prolixitatẽ illi conceſſeris nos omnes decipiet: ſenſus eſt Ciceronis ſed die craſtino diſſertaturũ ad clepſydrã hoc eſt tẽpore preſcripto & ſtatuto horarũ ſpatio: quas clepſydra metitur. Non poſſe deberi. video inquit te nolle diſputationes noſtras aſtringi arctariq; ad clepſydre menſurã: ſed prolixiores longioreſq; fieri prout res ipſa poſtulabit. illud videtur ſignificare ſe ante meridiem ſolitum commentari meditariq; : quæ pertinent ad oratoriam facultatem. poſt meridiem vero exercere ſcholas philoſophicas : vt illud referas ad meditationem oratoriam. hoc ad diſſertationem philoſophicam.

Clepſydra apud epigrammatiſtã.

Correct⁹ apulei locus.

Philoſtratus.

Metire aquam.

dicimus: ſed tibi hoc video nõ poſſe deberi. A. ita prorſus. Et illud q̃dem ante meridiem. Hoc eodem tempore. M. ſic faciemus: tuiſq; optimis obſequemur ſtudiis.

Philoso-phia Medici-na ai.

Philippi Beroaldi Cõmentarius In Tertiã Tuſculanã. Vidnam: Non pauciores animi: q̃ corporis morbos eſſe: ſed occultiores tradiderũt ſcriptores idonei ex quo fit vt nõ minus neceſſaria ſit aiorũ medicina q̃ corporũ: & ſicut ad ſanãdas corporeas egrotationes q̃ prope infinitæ ſunt excogitata fuerũt malagmata. Emplaſtra collitia cerata cataplaſmata: praſtili catapotia prope innumerabilia. Ira ad ſanãdos animi morbos intrinſecus graſſantes inuenta ſunt p̃cepta medeſæq; philoſophorũ. Meritoq; Plato & Galienus philoſophiã & medicinã ſorores cẽ dixerũt: alterã animi: alterã corporis cõſeruatricẽ: cum philoſophia medicina ſit animi medicina philoſophia corporis. Igitur cum homo ex anima & corpore cõpactus a natura ſit: qui vult cõgruẽter natura viuere: is debet nõ minus animũ curare q̃ corpus: nec minus vitia animi q̃ corporis extirpare. cũ animi liniamenta ſunt pulchriora q̃ corporis. vt totus hõ ex omni parte integer: cuſtodiatur: verũ vt inquit Seneca multi corpora curãt. ingenia pauciſſimi. Corpora in ſagina animi in macie ſunt: culinæ frequẽtes circa philoſophorũ ſcholas ſolitudo. tamẽ animus corpore ſit p̃cioſior. Merito itaq; in prohemio huiuſce queſtionis cõqueritur. M. Tullius. quod corporis medicinã magis mortales curẽt: q̃ animorũ. pluris faciẽtes id quod vilius eſt poſthabito eo: qđ eſt precioſis. & ita hoies mehercule p̃poſteri nucleũ omittentes: ſolliciti ſunt circa putamina. De corporis curatione curioſi ſanitatẽ animi ſuſq; deq; faciũt. oia olim corpori tãq̃ ſeruo p̃ſtabantur: nũc tãq̃ domino parãtur. fateor inſitã eſſe nobis noſtri caritatẽ. fateor nos huius gerere tutelã. ſed nego corpori ſeruiendũ eſſe: quoniam multis ſeruiet qui corpori ſeruiet ſic gerere nos debemus inqt Seneca nõ tãq̃ ꝓpter corpus viuere debeamus: ſed tãq̃ nõ poſſimus ſine corpore. Idem alibi p̃cepit circũſcribendũ eſſe corpus. & locũ animã laxandũ hoc autẽ cõmodiſſime fit medicamentis philoſophiæ: q̃ morbis animi medetur. ſanat cupiditates. liberat a pturbationibus. Deoq; inuentiõi conſecrata. Deis inuentores ſuos aſſignauit medicina & cælo dicauit. ſiquidẽ eſculapius medicinæ illuſtrator vetuſtiſſimus.

Medici-na philo-ſophia corpora

Corpora inſagina Animi in macie.

Prepoſte-ri hoies.

Oia cor-pori tãq̃ domino

Circũſcri be corp⁹.

Eſculapi⁹

Marci Tullii Ciceronis Tuſculanarũ quæſtionũ. Liber Tertius.

Vidnam eſſe brute cauſæ putem: cur cum conſtemus ex animo & corpore: corporis curandi tuendiq; cauſa quæſita ſit ars eius atq; vtilitas deorũ i mortaliũ inuẽtioni conſecrata: animi autẽ medicina nec tã deſiderata ſit antequã inuẽta: nec tãtã culta poſtea quam

ob hanc ſcientiã in deorum numerũ receptus eſt: auctores Plinius & celſus. Pluribus ſuſpecta & inuiſa. philoſophiã dicit:quæ animorũ medicina eſt.quæ multitudini ſuſpecta eſt.& populos habet vitupera tores. Animo iudicamus: Si diligentius cõſideremus vt inqt Auguſtinus.dolor qui dicitur corporis magis ad animã pertinet.animæ enim dolore eſt nõ corporis:ſicut aũt dicimus ſentẽtia & corpora viuentia.cum anima ſit corporis ſenſus & vita.Ita & corpora dicimus dolentia. cũ dolor corporis niſi ab anima eſſe nõ poſſit. Dolet itaq; anima cũ corpore.Dolet & ſola q̃uis in corpore ſit. Cũ aliqua cauſa ẽt inuiſibiliter triſtis eſt ipſa in corpore incolumi. Dixerũt tamen platonici ex terrenis corporib⁹ moribũdiſq; mẽbris eſſe animæ & metuere & cupere:gaudere & dolere Vnde Virgilius.hinc inquit ideſt ex moribũdis terrenis corporis mẽbris metuũt cupiũtq; dolent gaudẽtq;.ſed theologi aſſerũt animos ab omni etiã corporis labe purgatos cupiditatibus agitari & dolere. Iudicatur.ſ.corpus. Vt eã ipſam intueri.dicebat Socrates oportuiſſe homiuũ pectora feneſtrata & aperta eſſe:vt nõ occultos haberent ſenſus ſed parentes ad conſiderandũ.Cõſimiliter ſi virtus oculis cerneretur mirabiles amores.vt inquit plato excitaret ſapientiæ:ſed nimirũ animi noſtri tenebris obſiti & caligine præſſi hebetãtur:vt naturã ipſam perſpicere nõ poſſint. Veriſſimeq; dixit poeta egregius velut nebulã nobis ob oculos effuſam:qua acies obtunderetur. Ideoq; alibi dixit .M.Tullius imbecilla mẽte vim naturæ p caliginẽ cerui.Item a prima inqt etate mirabiliter occulta natura eſt. nec pſpici nec cognoſci põt ꝓgrediẽtibus aũt etatibus ſenſim tarde ue potius quaſi nos met ipſos cognoſcimus. Paruulos igniculos:eſt natura ſic generata vis hois vt ad oẽm virtutẽ pcipiẽdã facta videaẽ hinc in pueris quaſi ſcintilulas videmus:e q̃bus accẽdi:vt vtar verbis.M.tullii ex libro qnto de finibus:philoſophi ratio debet:vt eã quaſi deũ ducẽ ſubſequẽs ad naturæ

Philoſophia iuiſa turbæ

Anime dolere eſt

Corpora dolentia

Hic metuunt cupiuntq;

Nebula ob oculos.

Semina & igniculi virtutis

cognita eſt nec tam multis grata & probata: & pluribus etiã ſuſpecta & inuiſa? An quod corporis grauitatem & dolorem animo iudicamus animi morbũ corpore nõ ſentimus? Ita fit vt animus de ſe ipſe tũ iudicet cũ id ipſum q̃ iudicatur ægrotet: Quod ſi tales nos natura genuiſſet: vt eam ipſam intueri: & perſpicere: eadẽq; optima duce curſum vitæ conficere poſſemus: haud erat ſane quod quiſquã ratiõe ac doctrinã requireret: cum natura ſufficeret. nũc vero paruulos nobis dedit igniculos:quos celeriter malis morib⁹ opinionibuſ-

peruenīat extremū. Seneca libro.xxiiii.epistolarū semina iquit nobis scientiæ natura dedit: scientiā non dedit. Ingeniis. Duo prima genera virtutū sunt. Vnū virtutū genus est: quæ ingenerantur suapte natura: ex quo genere est docilitas memoria: q̄ fere omnia appellantur vno ingenii nomine eaſq; virtutes q̄ habēt ingenioſi vocantur. Simul atq;. postq̄. In sūma opinionū peruersitate, sicut corpus vt docet Aristoteles in. vii. politicorū antecedit in generatione animam. sic pars irrationalis antecedit eā partē: quæ habet rationē patet id in pueris: qbus statim ita & voluptas & cōcupiscentia inolescit. At ratio & mens procedēte etate in illis natæ sunt. tradit. Augellius quod ante cōsilii & rationis exortū recens nat⁹ homo imbutus est sensibus doloris voluptatisq;: ex quo fit vt in errore versetur. & opinionibus variis distrahatur: quæ ex ignoratione p̄ueniūt. Ideoq; dicebant stoici sapientē nihil opinari. Errorē. fuxisse vita mortaliū erroribus inuoluta & tenebricosa est vt merito probemus illud lucretii. o miseras hominū mentes o pectora ceca. qualibus in tenebris vitæ. quantisq; periclis degitur hoc eui quodcūq; est: philosophorū vetustissimi obliuionis fluuiū aliud nō esse asserūt: q̄ errorē animæ obliuiscentis maiestatē vitæ prioris: quā hauriūt animæ descendendo de cælo. & ideo in terris cū verū nō liqueat opinatur oēs: quia opinionis ortus est memoriæ defectus. delabentes autē animæ in corpora per spheras planetarū trahūt secum torporē saturni iracūdiam martis: libidinē. Veneris. Mercurii lucri cupiditatē: quæ res faciūt perturbationem animis: eoſq; erroribus obcecatos hebetant. ne possint vti vigore suo & viribus propriis. Macrobius ait animas a Saturno mutuari ratiocinationē & intelligentiā: quod logisticon & theoreticon vocant. In iouis sphera vim agendi quod practicon dicitur. In martis animositatis ardorem. quod thymicon nūcupatur: in solis sentiēdi opinandiq; naturā. quod αισθητικον & φαντασ τικον appellant. Desiderii vero motum quod επιθυμητικου vocatur. pronūciandi & interp̄tandi quæ sentiat: qđ ερμηνευτικου dicitur in orbe mercurii. φυτικου. ideſt naturā plantandi & augēdi corpora ingressu globi lunatis exercere. & ita anima ad hæc tertena

Virtutes a natura ingenitæ

q̄ deprauatis sic extinguimus: vt nusquam nature lumen appareat: sunt enim ingeniis nostris semina insita virtutū: que si adolescere liceret ipsa nos ad beatā vitā naturap duceret. nūc autē simul atq; editi in lucē & suscepti sumus: in omni cōtinuo prauitate & in summa opinionū peruersitate versamur: vt pe

Vita tenebricosa.

Obliuionis fluui⁹

Quid animæ trahāt a planetis.

Logisticō practicō a ioue.

Thymicō Phantasticon.

Epithymeticō.

Hermeneuticō

Phyticō a luna.

Socrates: cū illā domi talē ppetior issuesco & exerceor vt cęterorum quoq; foris petulātiā: & iuriā facili⁹ ferā. iterū dicēti alcibiadi intolerādā eē Xātippes maledicētiā: tu inqt nō ne toleras anseres clamore p strepētes: illo annuēte quoniā mihi oua & pullos pariūt: & mihi ait Xātippe filios gignit: autorē diu⁹ Hieronymus scribēs cōtra iouinianū. Socrati fuisse duas vno tēpore vxores: qđ & laerti⁹ tradit Xātippē & mironē: q̄ cū crebro inter se iurgarēt: & ille eas deridere esse solitus: q; propter se fedissimū hominē simis naribus: recalua frōte: viloſis humeris repādis cruribus⁹ disceptarent: nouissime verterūt in eū impetū: & male multatū fugientēq; diu pſecutæ sunt quōdā cū infinita cōuitia & superiori loco ingerēti Xātippe restitisset aqua pfusus imūda nihil amplius respōdit q̄ capite detersō: sciebā inquit futurū vt post ista tonitrua hymber subsequereť. Eant nūc amice cōsiliariiq;: & suadeāt mihi vxorē esse ducēdā: quādo sanctitas socratis atq; doctrina obnoxia fuit petulātiæ & morositati vxoris iurgiosæ iracūdiæ intolerabilis: quæ philosophū philosophari nō sinebat: q̄ cū viro cōtinēter litigabat. Nā vt inqt verissime satyrographus. Semper habet lites alternaq; iurgia lectus in quo nupta iacet: ait ouidius. Dos est vxoria lites. Dixit sextius: q nō litigat celebs est: tanq̄ manifestū omnes cū vxorib⁹ semp litigare cōpellať: olim philippū regē macedonū introeūtē ex more cubiculū vxor exclusit irata: q exclusus taceret & iniuriā suā versu tragico cōsulatus est. I nūc & spera te meliorē cōiugē inuēturū q̄ rex philippus habuerit: quid tibi hōmūtionem fieri ab vxore nō poterit? cū talia in maximū regē facti tata cognoueris: Mitio terētianus fortunatū se putat: qđ vxorē nūq̄ habuit: cōtra demea. Duxi inqt vxorē: quā nō ibi miseriā vidi: sequamur itaq; sectā mitionis in celibatu viuētes: vt otiosam q̄tā litteratā vitā ita degam⁹: quā mariti degere nō possunt: libuit digredi in hæc nō ingrata opinor diuerticula ppter quotidianas ad vxorē ducendā suasiones impulsiones q;: olim fata decreuerūt qđ gaudeā qđ fleā: sequar quo ducēt fata vel trahēt: nā fato stat iuppiter ipse: sed iā domū reuertamur. Semel in omni vita risisse. Plini⁹ & Solinus auctores sunt: Crassum auū Crassi in parthis interēpti nūq̄ risisse ob id agelastū cognominatū. ἀγέλαστος. n. græco sermone mestus & sine risu dicitur. Lucillius. & Hieronymus alii ꝓdiderūt Crassum semel tātū in tota vita risisse: qđ factū est cū vidisset asinū carduos comedētē: dixissetq; ob id: similem habent labra lactucā: factū hoc dictūq; lepidissimū festiuissimūq; ri-

Duæ socratis vxores.

Deformis socrates.

Aqua perfusus ab vxore

Nota

uertentem nec vero eadem frons erat. que. M. Crassi illius veteris: quem semel ait in omni vita risisse Lucilius: sed tranquilla & serena:

Dos vxorialites

Celebs nō litigat

Philippū regē exclusit vxor.

Terētiana sntia.

Vita mitionis.

Fato stat iuppiter ipse.

Crassus agelastus

cur riserit crassus.

Similē habēt labra.

su subsequutus est: pedianus asconius hoc sensu exponit crassum semel risisse in vita: vt intelligas raro ac pene nūq̄ risisse: ex eodē sensu ē q̄ semel in vita risisse Crassum scribit Lucilius. M. Tullius in quinto de finibus sic refert an hæc in eo. M. Crasso: quē semel ait in vitā risisse Lucilius nō cōtingit vt ea re minus agelastus vt ait idē vocaretur. Lactucā semel risisse.

sic enim accipimus. Iure autē erat semper idē vultus: cū mētis a qua is fingit nulla fieret mutatio Qua re accipio equidē a cyrenaicis hec arma cōtra casus & euentus: qbus eorū adueniētes impetus diuturna præmeditatione frāgantur: simulq̄ iudico malū illud opinionis eē nō naturæ. si enim in re essent cur fierent prouisa leuiora: sed ē iisdē de rebus quod dici possit subtilius si prius Epicuri sententiā viderim⁹ qui censet necesse esse omnes in ægritudine esse qui se in malis esse arbitrētur siue ille ante prouisa & expectata sint: siue inueterauerint. nā neq̄ vetustate minui mala: nec fieri p̄meditata leuiora stultāq̄ etiā esse meditationē futuri mali: aut fortasse ne futuri q̄dē. satis eē odiosum

Sēper idē vultus: scilicet in socrate A qua is fingit vultus mō hylaris mō turbat⁹ ē: put mēte leti sumus aut tristes: vñ a verbo volo nomē accepit vt ait Caper: vultus fingi & mutari pōt: facies nō pōt: a vultu vultuosū fit: qđ triste significat vultuose loq apud donatū significat facie mesta & fonte subducta: vultuosa frōs apud Apuleiū: p mesta. Lucreti⁹ dixit vulta neutro genere: vulticulus diminutiō vocabulo dicit: vultus nullo in animāte ē p̄ter hoiem cuius vim græci norūt: nomē oio nō habēt: vt docet .M. Tul. in primo de legib⁹ Neq̄ vetustate minui mala. Aduersus hāc epicuri sētētiam est illa seruii sulpitii in vulgata sententia nullus est dolor: quem longinquitas temporis non minuat ac conterat. Seneca quoq̄ Vultus Vultuosū Vultuose Vulta Vulticul⁹

in libro de consolatione ad Martiam: Dolorem inquit dies consumit licet continuacissimum & quotidie resurgentem: longinquitas enim & dies medicina est tarda quidem sed tamen magna inueterati doloris. Cicero tamen in epistolis ad atticum de exilio suo quærens ait. Dies non modo non leuat luctum hunc sed etiā auget: nā cæteri dolores mitigantur vetustate: hic non potest. non & sensu præsentis miseriæ & recordatione Præterite vitę continue augeri. Stultam præmeditationē futuri mali subscribit huic epicuri sententiæ seneca qui in epistolis moralibus ait illud tibi cipuo ne sis miser ante tem- Dolorem consumit dies. Ne sis miser ante tempus

pus: cum illa quæ velut imminẽtia expauisti: fortenũquam ventura sint quædã nos magis torquent q̃ debent: quædã ante torquent q̃ debeant: quædã torquẽt cum omnino non debeãt: profecto qui præmeditatur futurũ malum. Iã inde: ex animo sit miser: anteq̃ fato fiat miser: præsens autẽ tẽpus futuri metu perdere est sine dubio stultũ: hoc est quod intelligi voluit maximus poetarũ cũ ait. Cur ante tubã tremor occupat artus? quid demẽtius q̃ angi futuris. Et in malo esse ante malũ: accersere sibi miserias: quas optimũ est differre si discutere nõ possis. Sunt ergo isti loci cõmunes dicere pro malorũ meditatione & cõtra præmeditationẽ futuri mali: theoricari quod mala prouisa leuiora sunt: & q̃ non sunt.

Præmeditatio malũ noxia

malum omne cũ veníſſet. Qui autem ſemper cogitauiſſet accidere poſſe aliquid aduerſi ei fieri illud ſempiternum malum. ſi vero nefuturum quidem ſit: fruſtra ſuſcipi miſeriam voluntariam. Ita ſemper angi aut accipiendo aut cogitando malo: Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit. a vocatione a cogitanda moleſtia

Auocatione a cogitãda moleſtia: triſtitiæ nubilũ tunc ex animo diſcutitur: tunc mens noſtra ſerenitate perfunditur: quãdo abſtrahitur a cogitatu moleſtiarũ rerumq̃ aduerſarũ: & reuocatur ad cõtemplatũ preteritarũ voluptatum. Ideoq̃ dicebat Ouidius. Iuuat o meminiſſe beate temporis: & epicurus ait: voluptatũ perceptarũ recordatio beatam vitã facit: qui mortens dũ torqueretur: veſicæ inteſtinorũq̃ cruciatibus dixit cõpenſabatur tamen cũ his omnibus animi letitia: quã capiebã memoria præteritarũ voluptatũ: Nam cũ in tria tempora vita mortaliũ diuidatur: quod eſt: quod fuit: quod futurũ eſt: ex his quã agimus breue eſt: quod acturi ſumus dubiũ: quod egimus certũ: hoc .n. præteritũ tempus eſt: illud in quo fortuna ius perdidit: quod ſapiẽti vacat reſpicere: cui iucunda eſt præteritæ vitæ recordatio. Et vt inquit epigrãmatarius poeta: Nulla recordanti lux eſt ingrata grauiſq̃ nulla fuit cuius nõ meminiſſe velit hoc eſt viuere bis vita poſſe priore frui hæc eſt: vt ait ſanctiſſime ſeneca pars temporis noſtri ſacra dedicata omnes humanos caſus ſupergreſſa. Extra regnũ fortunę ſubducta quam nõ inopia nõ metus non morborũ incurſus exagitat. Igitur merito epicurus precipiebat animũ eſſe reuocãdũ ac cõtẽplãdas voluptates: quarũ præteritarũ recordatio maximũ eſt leuamentũ egritudinũ: Nã ſi vt inquit euripides ſuauis eſt præteritorũ malorũ memoria: quanto ſuauior eſſe debet recordatio preteritarũ perceptarũq̃ voluptatũ. quæ nobis neq̃ ſubduci neq̃ eripi poſſunt ictu fortunæ ful-

Triſtitiæ nubilum

Iuuat o meminiſſe beati tẽporis

Tria tempora

Quod egimus

Certum

Tẽpus p̃teritum extra regnũ fortunę.

Suauis p̃teritorũ malorum memoria

minantis:dixit tamen.M.Tullius in bruto.Quod præteritorũ recordatio eſt acerba:& acerbior expectatio reliquorum: ſapientes bona p̃terita grata recordatione renouata delectant:cũ ſitum ſit in nobis:vt & aduerſa quaſi perpetua obliuione obruamus: & ſecunda iucũdeac ſuauiter meminerimus:ſapiens inquit epicurus præterita grate memínit:& præſentibus ita potitur:vt animaduertat quãta ſint ea:q̃que iucũda:neq; pendet ex futuris:ſed expectat illa fruitur præſentib⁹. Sapiens nõ pẽdet a futuris.

& reuocatione ad cõtẽplandas voluptates.Parere enim cẽſet animũ rationi poſſe & quo illa ducat ſequi Verat igitur rõ intueri moleſtias. Abſtrahit ab acerbis cogitationibus hebetẽ aciem ad miſerias contemplãdas a quibus cũ cecinit receptui:impellit rurſum:& incitat ad conſpiciendas totaq; mente cõtractandas varias voluptates quibus ille & præteritarũ memoria:& ſpe conſequentiũ ſapientis vitam refertam putat.Hæc noſtro more nos diximus Epicurei dicunt ſuo. Sed quæ dicam videamus quomodo negligamus. Principio male reprehendunt præmeditationẽ rerum futurarũ Nihil eſt.n.quod tã obtundat eleuetq; ægritudinẽ quã perpetua in omni vita cogitatio. nihil eẽ quod accidere nõ poſſit:q̃ rũ voluptatũ. Epicurei ſuo:mos Epicureorũ eſt: vt citra eloquẽtiã & dialeticos neruos explicẽt dogmata doctoris : qui dialecticã repudiant tanq̃ deuios agentem.Dicere ſolebat Epicurus: omnẽ diſciplinam fuge. Obtũdat:hebetet:infringat debiliter & obtuſam reddat egritudinem: alias obtundere eſt aliquid vt docet Donatus ſepe o = dioſe repetere: trãſlatũ a fabri malleo. Terẽt⁹: ne me de hac re obtũdas ſepi⁹:obtuſũ dicim⁹ ingeniũ:hebes Craſſũ & ſine acumie:ſic egritudo obtũdi dr:qñ retuſa: debilitataq; nõ fodicat: neq; vires pũgẽdi habet ſicut ferrũ obtuſũ dicit qđ mucronatũ nõ ẽ: neq; acute pforat.

Canere receptui verbũ eſt militare: qđ ſignificat poſt conflictum milites a pugna eſſe reuocandos recipiẽdoſq; in tutũ : intra caſtra: qđ ſit cantu tubarũ & clangore:ſicut canit bellicũ:cũ inſtitur ipſe conflictus & milites in pugnam prodeũt. Quintilianus in.xii.de oratore loquens:ſic inquit: quare antẽ:in has ætatis veniat infidias receptui canet : & in portum integra naue perueniet.Vegetius:tubicines ad bellum vocant milites rurſum receptui canẽtes reuocant Spe ſequentiũ: futura Canere receptui. Canit belicum. Dialecticã repudiant. Epicurei. Obtũdere. Obtuſũ ferrum.

Meditatio cõditionis: Repete illud: nihil est quod tã obtũdat egritudinẽ q̃ meditatio cõditionis humane. Nihil ita obtũdit egritudinẽ q̃ vitæ lex: quæ est ipsa ratio i. iugis cogitatio pereũdi: vel vt alii codices habẽt parendi. i. necessitati interuenientiũ infortuniorũ. Nam vt inquit ille. Durũ sed leuius fit pacientia: quicquid corrigere est nefas

Dictum cleantis.

ait Cleãtes. dicor parẽs cel sicq; dominator poli quocũ qq; placuit: nulla parendi mora est: adsum in piger: dixit M. Tullius in epistola ad. Au. Cecinam: quod leuat dolorẽ cõmunis quasi legis & humanæ cõditionis recordatio. Mœret: tristis est & mestus. Primũ explicat specialiter: quæ sit triplex consolatio contra casus aduersos. Diluit: resoluit: & eneruat: quẽadmodũ vinum aqua dilutum subneruatur.

Diluere.

Diluere dicuntur oratores quando refutant ac refellũt obiectiones aduersarii. Diluis heleborũ dixit persius pro eo quod est medicamẽtis tẽperans. Diluere enim temperare est: vt docet agretius grãmaticus.

Dilutum vinũ.

Dilutũ vinũ dicitur aqua temperatũ cõmixtumq;. Martialis: Dilati bibis vnciã falerni: precipit celsus æstate dilucius esse bibendũ. i. aquatius vinũ: corrigendus est obiter passiuus error: neotericoterorũ ideſt recentiorum. qui lymphatũ vinũ vsurpant pro dilutũ: quodq̃ recte ipsi viderit: ego sentio & mecũ quisquis bene sentit limphatũ dici furibundũ vesanũ: baccabundũ: lymphatos cõmota mente homines dixerunt nostri quales dicũtur laruati & ceriti. Et lymphare significat vesanũ facere & furiare: vt apud Valeriũ flaccũ: limphauerat vrbẽ: apud statiũ It lymphãte deo quis nescit a Virgilio dici lymphatã reginam: pro mente cõmota & furiata. A lympha fit verbũ lymphor inquit Priscianus: nã quicunq; effigiem nymphæ: a qua lympha dicitur viderit furere non cessat. quos græci: νυμφολήπτους. latini limphatos vocãt: & in hoc semper significatu: quod equidẽ sciam apud veteres vsurpatur: nuperi nouitiiq; scriptores qa limpha est aqua: crediderunt cõgruenter dici limphatũ vinũ pro aquatũ: sed potior apud

Error cõmunis

Limphatũ vinũ non dici.

Limphati homines.

Laruati

Ceriti.

Lymphare.

Nímpholepti.

meditatio cõditionis humanæ: q̃ vite lex cõmentatioq; pereundi. q̃ non hoc affert: vt semper mœreamus sed vt nunq̃: neq; enim quicquam rerum naturã qui vitæ varietatẽ: qui imbecillitatem generis humani cogitat: mœret cum hæc cogitat: sed tum vel maxime sapientiæ fungi munere. Vtrunq; enim consequitur vt & considerandis rebus humanis ꝓprio philosophię fruatur officio: & aduersis casibus. triplici consolatione sanetur. primum q̃ posse accidere diu cogitauerit: quę cogitatio vna maxime omnes mo-

mè eſt auctoritas veterũ: ad q̃ perinde atq; ad anchorã cõfugimus.

Nullũ malũ niſi culpã: ex doctrina ſtoicorũ: q̃ aũt nullũ eſſe malũ niſi turpitudinẽ: niſi culpã: niſi ꝑbitatẽ: vacare autẽ culpa in calamitatibus magnũ eſt ſolatiũ: vt ſcribit. m. tu. in epiſtola ad. C. mariũ. Idẽ in epiſtolis ad torquatũ in hanc ſentẽtiã ſic infert. Simo igitur ea mẽte: q̃ rõ & veritas ꝑſcribit: vt nihil i vita nobis ꝑſtandũ ꝑter culpã putem⁹: eaq; cũ caream⁹: oia hũana placate & moderate feramus Preſtari: ꝑſtare verbũ ẽ iuriſcõſultorũ qđ ſignificat cauere & ſatiffacere: qui idẽ tidẽ ſcribũt ꝑſtandũ eſſe dolum ꝑſtandã noxã: & alia conſimilia. Au Gellius ait: pileatos ſeruos venũ ſolitos ire quorũ nomine venditor nihil ꝑſtaret. Id ab homine ꝑſtari poſſe dicitur: quod in hominis poteſtate ẽ. vt fiat vel nõ fiat: ſed mala multa q̃ eueniũt q̃ ab hoie preſtari nõ poſſunt: ea nõ habenda eſſe dicũt in malis neq; culpæ affinia: alias ꝑſtare ẽ excellere ac ſuperare. Fodicãtib⁹: lãcinãtib⁹: laniãtib⁹ fodiẽtib⁹. Quæ eſſẽt hoie digniſſima virtutes itelligit q̃ vel ſola bona vel maxima bonor; ſẽtiũt eẽ nobiliſſimi philoſophi. Peruellere: vellicare: & vellicationib⁹ quibuſdã ꝑſtrigere: & pũctiunculis cruciare: vermiationib⁹ torq̃re. Magna vis ẽi virtutibus: ea vis virtutũ ẽ vt fortũę fulminãti nõ ſuccũbãt: vt ſupra fortunã ſit nõ ĩra collocatę: muro i expu-

Nihil preſtandũ ꝑter culpã

preſtare

Peruellere.

Vis virtutis

Aduerſus ſolem.

leſtias extenuat & diluit. Deinde quod humana feręda intelligit: poſtremo quod iubet nullũ malum eſſe niſi culpã. Culpam autem nullam eſſe: cum id: quod ab homine non poſſit præſtari vt nõ eueniret: eueneriit. Nam reuocatio illa quã affert: cum a contuendis nos malis auocat. nulla eſt. nõ eſt enim in noſtra poteſtate fodicantibus his rebus. quas malas eẽ opinemur diſſimulatio vel obliuio. Lacerant vexant: ſtimulos admouent: ignes adhibent: reſpirare non ſinunt. & tu obliuiſci iubes quod contra naturã eſt. Quod a natura datũ eſt auxiliũ extorques inueterati doloris. eſt enim tarda illa quidẽ medicina: ſed tamẽ magna quã affert lõginquitas & dies. Iubes me bona cogitare obliuiſci malorũ. Diceres aliquid & magno quidẽ philoſopho dignũ: ſi ea bona ſentires eſſe quæ eſſent homine digniſſima. Pythagoras mihi ſic diceret: aut Socrates: aut Plato. Quid iaces: aut quid mœres: aut cur ſuccumbis: cediſq; fortunæ? quæ peruellere te forſitan poſſit: & pũgere: nõ poſſit certe vires frãgere. Magna vis eſt

gnabili septæ: quē fortunæ tela non transeūt: virtuti opposita nihil detrahūt: sibi eadē est: & more solis obscuri vim suam occultā exercet: hoc itaq; vt inquit optime Seneca aduersus virtutē possunt calamitates & dāna: & iniuriæ: qđ aduersus solē potest nebula: sensus est Ciceronis fortunā vellicare quidē posse: sed frangere penitus nō posse virtutū sepimenta: quas ait excitādas esse: sicut vigiles sōno cōniuētes excitari solēt ad impetū hostis supprimēdū retūdendūq;. Princeps fortitudo: cui⁹ virtutis principale officiū est in laborū perpessione & doloris mortisq; contentione. Aderit temperātia: cuius dominatio est in despiciēdis voluptatibus & in decoro seruā-do: Iā minimū loci: sensus est in cā miseriarū molestiarūq; plurimū loci sibi vendicat iusticia: cuius partes sunt: aliena non capere. Ius suū vnicuiq; tribuere: q aūt natus est cōditione mortalitatis iniustus fit: dū postulat esse imortalis. Appetit .n. id qđ alienū est ab humana natura. Item iniustus est dum more mali debitoris grauiter fert reddere creditori qđ acceperat mutuū: ē .n. pessimi debitoris creditori mutuū repetēdi facere cōuitiū Idē iniusti hois nolle ē reddere vitā naturæ reposcēti: q̄ acceperat p̄cario: sapiēs. n. est p̄carii spiritus: & vt inqt Seneca se ip̄m inter p̄caria numerat: qcqd nobis est ex aduēticio fulget liberi honores: opes: latifundia alieni cōmodatiq; sunt: alia ex his primo die: alia secūdo reperūt: oportet nos: si iusti eē volum⁹. In prōptu hēre & appellato reddere ea: quæ mutuo accepimus: quorū vsus fructus tātū noster est. Quidā codices habēt: cui minimū eē videt in hac cā loci. Quæ lectio purior ē & speciosior: vt sit sensus: si hac egritudinū cā vix eē locū iusticiæ. Prudētia cui⁹ mun⁹ ē cōmoda & aduersa distīguere: bona & mala iternoscere.

Pessimi debitoris creditori facere cōuitium.

Aduentitia oīa.

in virtutib⁹: eas excita: si forte dormiūt. Iam tibi aderit princeps fortitudo: quæ te animo tanto esse coget: vt omnia quæ possent homini euenire contēnas: & pro nihilo putes. Aderit temperātia: quæ est eadē moderatio: a me quidē paulo ante appellata frugalitas: quæ te turpiter nequiter facere nihil patiatur. Quid est aut nequus aut turpis effœminato viro? nec iusticia quidem sinet ista facere: cui minimū esse videtur in hac causa loci: quæ tamen ita dicet duplíciter esse te iniustum. & cum alienum appetas qui mortalis natus conditionem postules immortalium: & grauiter feras te quod vtendum acceperis reddidisse. Prudentiæ vero quid respondebis dicenti:

Virtutem ſeſe eſſe contentã: cecinit Silius in .xiii. Ipſa quidẽ virtus ſibimet pulcherrima merces in nouiſſima tuſculana diſputabit an virtus ſola ſufficiat ab beate viuendũ. Ad beate: quidã autumãt virtutem ſeipſa eſſe contentã: ſolãq; ſufficere ad bene viuendũ ſed ad beate viuendũ non eſſe ſatis idoneã: tãq; aliud ſit bene viuere: aliud beate viuere: vt beneviuere ſit honeſte laudabiliter recte qđ etiã in tormentis eſſe poteſt beate autẽ viuere ſit in fœlicitate: & voluptatibus affluẽtioribus degere: ad qđ virtus ſola non ſufficit: ſed apud ſtoicos bene viuere & beate viuere nõ ſeiũgũtur: ſed opulantur: ideoque qui bene viuit ex illorũ ſententia is beate viuit: & ita virtus ſeipſa cõtenta eſt ad bene beateq; viuendũ. Quæ ſi extrinſecus religata: ſtoici dicũt philoſophiã ouo ſimilẽ eſſe: aſſimilantes logicen putamini. ethicen albumini phyſicen luteo ſiue vitello interiori: cõſimiliter virtus orbi rotundo orbiculatæq; figuræ cõparatur: quæ nullarum egens compaginũ ſe includit & continet: nec finem aut initium vllis ſui partibus ſentit. In hanc ſententiam dixit Oratius in ſecundo ſermonum: fortis & in ſeipſo totus teres atq; rotundus. Externi ne quid valeat per læue morari. In quem manca ruit ſemper fortuna conſimiliter Virgilius. Virum bonum ſapientemq; graphice deſcribens ait: Securus mundi inſtar habens teres atq; rotundus: externæ ne quid labis per læuia ſidat. Itaq; virtus non debet veluti appendix eſſe & cõſequia extrinſecus religata. ſed a ſeipſa progrediens in ſe ipſam reuerti inſtar orbis. Doctrinæ quoq; apud veteres dictæ ſunt encycliæ quaſi orbiculares: quoniam connexione quadam vti corpus vnum compoſitæ ſunt & coagmentatæ. Ad hæc bona: virtutes intelligit: quæ ſunt bona homine digniſſima: non autem voluptates Epicuri. Quas? ſuſpendendum eſt & cum interrogatione pronunciandum.

Bene viuere.

Beate viuere.

Philoſophia ſimilis ouo.

Virtus inſtar orbis

Teres atq; rotũd⁹

Doctrinę encycliæ

virtutẽ ſe eſſe contentã quomodo ad bene viuẽdũ: ſic & ad beate: quę ſi extrinſecus religata pẽdeat: & nõ oriatur ex ſe: & rurſus ad ſe reuertatur: & oia ſua cõplexa nihil quẽrat aliũde: nõ intelligo cur aut verbis tã vehemẽter ornanda: aut re tanto opere expectanda videatur. Ad hæc bona me ſi reuocas epicure pareo: ſequor: vtor teipſo duce obliuiſcor etiã malorum vt iubes eoq; facilius qpea ne in malis quidẽ ponenda cenſeo: ſed traducis cogitationes meas ad voluptates: quas corporis credo: Aut q̃ ꝓpter corpus vel recordatione vel ſpe cogitentur. Nunquid eſt aliud? recte ne interpretor ſententiam tuam

Solent isti negare: Doctrina epicuri modo voluptaria dicitur: modo seuera & sancta: quæ inter se pugnantia sunt cuius rei causa est: quia Epicurus secum ipse pugnat ac dissidet. Seneca libro quarto de beneficiis delicatam vocat: & vmbraticam turbam epicureorum in conuiuio philosophantiū apud quos virtus voluptatum ministra est: illis paret illis deseruit illas supra se habet. aliubi quoqs inquit epicurū corpori plurimum indulsisse: tanquam philosophum voluptarium. E cōtrario in libro ad Gallionem de vita beata. Dicit epicurum sancta & recta precipere: & si propius accesseris tristitia: cuius voluptatem ait esse siccam ac sobriam: plericq; omnes dicunt sectam Epicuri flagitiorum magistram esse: & voluptatum ducem: cum voluptate summum bonum metiatur. Defensores sectatoresq; Epicuri ita defendūt doctorem vt dicant nos non intelligere de qua voluptate Epicurus loquatur: tāquam non in voluptate gustus & tactus corporis summū bonū collocet: sed in voluptate animi & in indolentia: hanc autē sententiam confirmant auctoritate verbisq; ipsius Epicuri ira scribentis: cum dicimus voluptatem finem esse non luxuriosorū voluptates easq; que in gustu sunt positæ: vt quidam ignorantes aut a nostra sententia dissentientes aut male accipientes arbitrātur: sed nō dolere corpore: animoq; tranquillū esse & perturbatione vacare dicimus: hæc quidē Epicurus vno in loco: sed alibi voluptatē illā: quæ ex tactu gustatu: & sensibus percipitur plane ac perspicue esse dicit beatæ vitæ effectricē. Vnde non immerito: cū varia tradat: varie male audit & bene audit: nūc Cicero verba ipsa Epicuri interpretatur: ne possint epicurei ire infitias & negare hoc esse dogma doctoris sui. zeno: fuit hic epicureus Mar. Tulli synchronos hoc est æqueuus & vt dici solet contemporaneus. Alius fuit zeno eleates: alius zeno cithicus secte stoice conditor de hoc zenone epicureo meminit in primo de finibus: sed eū cum attico frequenter audiuisse testatur epicuri sententias explicantē. Futurum breuem ex disciplina Epicuri hoc est. Dolor si sumus breuis: si longus leuis. Si productior: si longior sit dolor Columela flagellū

Pugnat secū epicurus.

Vmbratici epicurei

Epicurus mō voluptari⁹: mō seuerus

Verba epicuri.

zenones.

Productior.

solent enim negare nos intelligere quid dicat Epicurus. Hoc dicit: & hoc ille græculus me audiente a thenis senex zeno istorum acutissimus contendere: & magna voce dicere solebat eū esse beatum: qui psentibus voluptatibus frueretur. Cōsideretq; se fruiturū aut i omni aut in magna parte vitę: dolorē nō interueniēre: aut si interueniret: si summus foret: futurum breuem: si productior plus habiturū iucūdi

vocat productissimũ quod longissimũ est: inuitibus:procerissimũq;.

Preceptis bonis prægustatis:& ante captis. Quid ergo? hinc Cicero incipit reprehendere dogma epicuri: formulamq; de vita beata.

Thyestem leuare: recreare: releuare: leuiorem facere egritudinem in thyeste. Virgilius inuisum numen terras cœlũq; leuabat: alias læuare prima longa significat expolire & leuor pro pollitura & nitore ponitur. Aut telamonẽ pulsum: hercules in expugnatione troiæ interfecto laomedõte telamonẽ coronauit ob egregia virtutis merita: cũ primus vi troianos muros ascendisset atq; vrbẽ introisset: eiq; tradidit hesionẽ filiã laomedontis ex qua natus est teucer: fuit autẽ telamon eaci filius pelei frater: qui ex egina insula patris regno pulsus in exilium: petiit salaminã: vbi ducta vxore nomine Glauca cychrei salaminiorũ regis filia impauit illi insulæ. peleus ob fratricidiũ extorris in thessaliã fugiẽs purgatus est ab acasto rege. & in participatũ regni ascitus. Hiccine est telamõ verba sunt opinor ex ennii tragedia: nã Nonius marcellus citat enniũ in Telamone. Cui⁹ ob os: in laudẽ telamonis hoc dictũ est a tragico poeta: qđ tãta fuerit telamonis virtus & gloria: vt græci ad illũ os spectãdũ oẽs ora cõuerterẽt. De alcibiade quoq; ꝓditũ est: qđ ĩ illũ vniuersa ciuitas atheniẽsiũ oculos. In illũ suspẽsa ora cõuerterat alcibiadẽ quasi de cœlo missũ cõtuẽtes admirabanť: qnetiã cicero nostro gloriosior impẽdio gloriať idẽ sibi accidisse qđ telamoni: vt esset cũctis ex admiratione spectabilis: vsurpatq; hũc versũ de semet ipso: sic enim scribit in epistola ad papiriũ petũ. In eo igiť inqs cõuiuio Cicero ille: quẽ spectabãt: cuius ob os graii ora obuertebãt sua: ob os autẽ significat ad os: antiquos enim vsos esse ob ꝓpositione ꝓ ad testis est ennius qui ait acherontẽ obibo pro adibo. Item oẽs occisi occensiq; in nocte serena ideſt accensi. Dicebaturq; quoq; obmoueo ꝓ admoueo. obiacent pro adiacent. obiurare pro adiurare. & cõplura hoc genus.

Leuare. Leuior.

Telamon

Pele⁹ fratricida.

Telamon enniĩ.

Ob os

Obibo ꝓ adibo.

Occensi pro accẽsi.

Obiurare

q̃ mali. Hęc cognitantẽ fore beatũ ꝑsertim si & ante ꝓceptis bonis cõtẽtus esset: nec mortẽ nec deos extimesceret. Habes formã Epicuri vitæ beate verbis Xenonis expssam: nihil vt possit negari. Quid ergo? huius ne vitæ propositio & cogitatio aut Thyestem leuare poterit aut poetã de quo paulo ante dixi aut Telamonẽ pulsum patria exulantẽ atq; egentẽ in quo hæc admiratio fiebat. Hiccine est Telamon ille? modo quem gloria ad cælum extulit: quem spectabant: cuius ob os graii ora obuertebant sua. quod si cui vt ait idem simul

Animus re cõcidit:ideſt alacritas & vigor animi cecidit corruitq; cũ iactura regni. Naturaliter enim accidit vt qui rẽ amittat:animo quoq; cõcidat ac debiliteť.cũ ex opibus cõfidentia ꝓgignatur: & ex re animus fiat impenſior.& hic eſt verior ſenſus ac purior lectio q̃ ſi legas animus rem cõdidit pro cõſtituit. Quanq̃ id nõ vocatur voluptas in natura rerũ tria ſũt. vnum cum in voluptate ſumus:alterũ cum in dolore: tertium cum nec in dolore nec in voluptate: verbi gratia:vt in voluptate ſint qui epulentur. In dolore q tor quentur.Interiecti & intermedii ſint:nec letantes nec dolentes. Ex quo liquet erraſſe epicurũ a quo dicitur omnem qui ſine dolore ſit eſſe i ſumma voluptate. In eo igitur qui non eſt. Eum qui non ſit in dolore nec in ſtatu dolendi: nõ ſtatim dicimus frui ſumma voluptate: propterea quod talis nõ dolendi ſtatus nõ vocatur voluptas.& q ſine dolore ẽ non continuo dicendus eſt eſſe in ſummo bono: cum ſicut iã docuimus aliud ſit in dolore aliud in voluptate eſſe. Plato in philebo teſtis eſt tertiũ eſſe ſtatũ neq; mœrentis neq; gaudentis Continuo:ſtatim. Quid tergiuerſamur: apoſtrophe eſt ad ipſum epicurũ.ne tergiuerſetur diſſimuleteq; ſe loqui de voluptate corporali antiqui tergiuerſatorẽ dicebant: bouinatoré. vt Lucilius.hic ſtrigoſus bouinatorq; ore improbus duro. Cum os perfricuiſti:ideſt cũ pudorem ſequeſtrati & verecũdiam depoſuiſti. Quaritur διατιαισχυρομενοι ερυθριοσιν.cur erubeſcunt quos puduit: cauſa ruboris eſt quoniã pudefactis ſanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur:ita vt ſuperficiem occupet: hoc docet ariſtoteles in problematis.ſed cur id fiat non dicit.adhuc.n. queri poteſt quã ob cauſam pudor ſanguinẽ diffundat. Eſt autem pudor .i. αισχυνη. vt philoſophi diffiniunt φοβοσ δικαιου ψεγον .i. timor iuſtę repræhenſionis.Igitur cũ in pudibundo ſanguis diffundatur ex corde in faciem tanq̃ velamentum: qui inuerecundi ſunt &

Tria in rerũ natura

Aliud nõ dolere.

Aliud in voluptate eſſe

Tergiuerſator

Bouinator.

Cauſa ruboris

Pudor quid

animus re concidit a grauibus illis antiquis philoſophis petenda medicina eſt non ab his voluptariis: quam.n.iſti bonorũ copiam dicũt: Fac ſane ſummum bonũ eſſe non dolere: quãquam id non vocatur voluptas:ſed non neceſſe eſt nunc omnia:id ne eſt quo traducti luctũ leuemus. Sit ſane ſummũ malũ dolere.In eo igitur qui non eſt:ſi malo careat.continuo:ne fruitur ſummo bono. Quid tergiuerſamur & picure? nec fatemur eam nos dicere voluptatem:quam tu idem cum os perfricuiſti ſoles dicere:ſunthęc tua verba nec ne?In eo quidẽ libro

erubescere videri volũt: hi solẽt os & frontem perfricare ad ruborem illũ digerendũ: & sanguinẽ ad interiora repellendũ: hinc facta est locutio prouerbialis de inuerecũdo. vt dicatur perfricuit os: perfricuit faciẽ. perfricuit frontẽ. pro eo quod est pudorẽ omnẽ penitus abiecit expulit: Plinius: perfricui faciẽ nec tamẽ profeci: epigrãmatista. & si perfricuit frontẽ posuitq; pudorem. Munere: officio.

Perfricuit os

perfricuit frontem.

qui continet omnẽ disciplinã tuã. fungat. n. iam interptis munere: ne quis me putet fingere: dicis hæc: Nec equidẽ habeo quod intelligã bonũ illud: detrahens eas voluptates. que sapore percipiũtur: detrahens eas etiã que auditu & cãtib⁹: detrahens eas etiam que ex formis percipiũtur: oculis suaues motiones: siue que alie voluptates in toto homine gignũtur quolibet sensu. nec vero ita dici potest mentis letitiã solã esse in bonis. letantẽ. n. mẽtẽ ita noui spe eorũ omniũ: quę supra dixi fore: vt natura potius dolore careat. Atq; hæc quidẽ his verbis q vis vt itelligãt quã voluptatẽ norit Epicurus. deinde paulo

Quæ sapore percipiũtur: voluptates gustatus significantur: qui sensus auctore Aristotele certissimus est in homine. Plinius existimas omnibus sensum gustus eẽ. cũ enim alios alia sapores appetũt. multi sunt abdomini nati: qui se ob hoc solum viuere dicũt: vt edant & bibant percipiãtq; ex saporibus multi iugis voluptates. Siquidẽ saporũ genera tredecim reperiũtur dulcis: suauis: pinguis: amarus: austerus: acer: acutus: acerbus: acidus: salsus: tres alii sapotes varietate mixturæ. Annotandũ tria esse naturæ rerũ elementa: ignem: aerem: aquã: sine sapore: sine odore: sine succo. Exformis: visum intelligit oculorũ: vt inquit Plato. est in nobis sensus acerrim⁹: quo tamẽ ab aquila superamur: cuius acies acutior est. Detrahe hominis oculos omnẽ cupiditatem detraxeris. vitiis enim nostris in animũ per oculos via est vt inquit Quintilianus in pariete palmato. Idem in ceco in limine. oculi tota nostra luxuria. hi nos in omnia quotidie vitia ꝑcipitant: mirantur: adamant: cõcupiscũt. Quolibet e sensu: voluptatẽ hanc esse sentiũt omnes: quã sensus accipiens mouetur & iucũditate quadã perfunditur. Maximas enim voluptates esse circa corpus existimant vt inquit plato in libro de summo bono. Naturalis potiens. lego natura his potiẽs: vt sit sensus: naturã hominis potiẽtẽ fruentẽq; his bonis sensualibus nõ dolere. Quã voluptatẽ. videlicet gustus & tactus reliquorũq; corporaliũ sensuũ. M. Tullius in scdo

Gustus inest oib⁹ aiantibus

Genera saporũ tredecim

Elemẽta tria sine sapore & odore.

Per oculos via vitiorum.

de finibus testificatur inquit Epicurus ne intelligere quidē posse: vbi sit vllū bonū p̄ter illud quod cibo & potione & aurū delectatione. & obscœna voluptate capiatur. Si illa detraxissent: voluptates. scilicet corporales sensualesq; Voces inanes fundere: taxat epicurus asteros illos seueros q̄ philosophos: qui vocibus iactantes honestū esse summū bonū: & voluptatē

Virtutes ebullire.

criminātes tāq̄ summū malum: aliter deinde viuūt ac loquantur: tales verba funditant inania & cassa: plena q̄ gloriationis & cenodoxiæ: a quibus res ipsa dissidet dissentitq̄. Virtutes ebullire: qui per voces bullātes & verba sesquipedalia & sententias tumētes grandi boatu exporrecto bella bello loquuntur de virtute: hi decēter dicūtur virtutes ebullire: sicut aqua in aheno calefacta ebulliens nō se ipsa capit: sed intumescit: qđ hac tēpestate fieri per sepe videas a pulsculis ecclesiasticis concionatoribus: qui in tēplis pro suggestu in maxima populi corona virtutes prædicāt: virtutū p̄cones sunt: virtutes sonoro boatu insonant adeo vt in ore eorū & labris nihil aliud q̄ virtus audiatur quos si intrinsecus introspicere liceret haud dubie videres vitiis enormibus refertissimos. ita fit vt hō tracūdissimus p̄cipiat nō esse irascendū: vt vitiosissimus prædicet virtutes esse suscipiēdas: quas ipse ore exornat mente deculcat. lingua ostentat. animo incestat. foris tristis intus dissolutus. Ad hancine igitur vitā: cōuersio fit ad epicurū. in cuius vita voluptaria nullā esse medelam demonstrat: nullū fomentū ad leuandas animi egritudines qualibus telamon pulsus ex patria affligebatur. Accipenserem: ludit epicurū: tāq̄ ex eius doctrina potior sit piscis ad sanandā tristitiā q̄ libellus philosophicus. Est aūt accipēser pisciū nobilissimus habitus apud antiquos. vnus omniū squamis ad os versis cōtra aquā nando meat. De quo Plinius: Macrobius: Sā-

Virtutū buccinatores Intus vitiosi Contra hippocritas.

Accipenser piscis.

infra. sepe quesiui inquit ex iis qui appellātur sapiētes: quid haberēt q̄ in bonis relinquerent: si illa detraxissent: nisi si vellēt voces inanis fundere. nihil ab his potui cognoscere. q̄ si virtutes ebulire volent & sapientia: nihil aliud dicēt: nili esse viā qua inficiātur hæ voluptates: quas supra dixi. quæ sequuntur in eadē sententia sunt. Totusq̄ liber: q̄ est de summo bono refertus & sententiis & verbis talibus est. Ad hāccine igitur vitā Telamonē illū reuocabis vt leues ægritudinem. & si quē tuorū afflictum mœrore videris: huic accipenserem potius quā aliquē socraticū libellū dabis: aut Ion hortabere: vt audiat voces po

monicus ſerenus: Martialis: Oratius: cæteri: de quo & nos ſcripſim⁹ in appendice trāquilli cōmētatiorū explicātes corrigenteſq; illud Lucilianū. acciperenſe cum decumano. αυλον hortabere: ſenſus eſt ad mitigandū dolorē nō tā adhibendū eſſe ſonū tibialē & cantū vt placet epicuro q̄ platonicas conſolationes

Aulon tibia.

tius quā Platonis. Expones que ſpecies et florida & varia: Faſciculū ad naris admouebis. Incēdes odores: & ſertis redimiri iubebis & roſa. ſi vero etiā aliquid admoueris tam plane luctū omnē abſterſeris. hæc Epicuro cōfitenda ſunt: aut ea quæ modo expreſſa ad verbum dixi tollenda de libro. vel rotus liber potius abiicieudus: Eſt enim confertus voluptatibus: quærendum igitur quemadmodum ægritudine priuemus eū: qui ita dicat.

αυλον genitiuus eſt pluralis & ſignificat tibiarū. græco enī ſermone αυλι dicitur tibia. idē voces aulon .i. tibiarū dictæ: monaulon appellāt dictiōe græca vnicā tantū tibiā qua quidam tibicinio nobiles vtuntur: monaulon inuenit Mercurius. Geminas tibias martias: canere cū tibia dardanus inſtituit: de monaulo Martialis. ſepe duas pariter ſepe monaulon habet. Plinius in. xvi. tibialē calamū appellat auleticon hoc ē tibiis conficiendis idoneum.

Monaulon.

Auletic⁹ calamus tibialis

Faſciculū: olfactoriola intelligit. de quibus in Eſaia in die illa auferet dominus diſcriminalia periſcelidas & murenulas & olfactoriola. & inaures. ſunt autē diſcriminalia: vt in tranſcurſu verba ſacri antiſtitis explicemus: acus & inſtrumēta feminea ad diſcrimen capitis cōcinandū: q̄buſq; diſcernitur capillus q̄ diſcerniculū alio nomine appellāt. periſcelides dicūtur ornamēta pedū circa crura. vt docet porphirio enarrans illud oratianum. Sepe periſceliden raptā ſibi flētis περι græce circū. τοσκελοσ cius. quidā periſcelidas accipiūt p feminalibus. Inſcitiſſime expoſuit cōmētator inſtrumēti veteris periſcelidas p ornamētis brachioꝝ ſiue manuū. ſicut muremulas p lumbo & fimbria pperā interp̄tat: ſunt. n. murenulæ ornamēta colli flexuoſa inſtar murenarū & catellæ ex auro quibus matronæ cōdecorātur. ſicut planiſſime docet diuus Hieronymus in epiſtola ad marcellā his verbis. Aurū colli ſui: quod murenulam vulgus vocat: quod. ſ. metallo in virgulas lenteſcente quædā ordinis flexuoſi catena cōtexitur. abſq; parentibus vendidit. Inaures: vt hoc quoq; velut auctariū adiiciamus. ſunt aurium ornamenta. ſed vt iam domū repedemas. ſcribit Tullius in verrinis. C. Verrem ſolitū ſibi apponere ad nares reticulum tenuiſſimo lino minutis maculis plenum roſæ. De libro: quem compoſuit Epicurus de ſummo bono.

Diſcriminalia.

Diſcerniculum

Periſcelides.

Murenulæ.

Inaures.

Pol mihi: versus Ennii poetæ. quo idē telamon in exiliū pulsus: lamētatur nihil sibi exulanti ꝓdesse generis nobilitatem claritudinēq; nataliū: vt pote qui nepos Iouis filius eaci ex egina fit: doleꝝq; fortunā illā pristinā deesse: cuius indulgētia fortunato sibi regnū supperebat cūctaq; bona affatim affluebant. Ex regno aūt in exiliū trudi grue est. Calix mulsi impingēdus: exulāti homini & ex regno in calamitatem corruenti non potio suauis pro fomēto medicinaq; est porrigenda: sed philosophicæ cōsolationes subiiciēdæ ad egritudinē lenitendam. mul

Mulsum

sum est potio p̄ciosa ex vino melleq; confecta. cuius mentio est apud scriptores omnes: scribit Pli. in. xxii. multum ex vetere vino vtilissimū fieri: quod facillime cū melle cōcoctum poratur. corpora auget. multi senectam longā mulsi nutricatu tollerauere. celebri pollionis romuli exemplo: quē centesimū annū excedentem cū diuus Aug. hospes interrogaret: qua nam ratione maxime vigorem illum animi corporisq; custodisset. ille respondit. intus mulso foris oleo. Melitetes quoq; ex vino & melle cōficitur distans a mulso. fit. n. ex musto & cōgio mellis & cyatho salis sufferuefactis: greci mul

Exēplum Pollionis romuli.

Melitetes

Melicraton.

tū vocant: οἰνόμελι & μελικρατον. Vlpianus iurisconsultus titulo de vino & tritico legato: vini appellatione autumat mulsum nō contineri: oinomeli cōtineri. Interp̄tatur q; oinomeli vinū esse dulciū mū. quod si proba est vlpiani sentētia: mulsum nō erit idem quod oinomeli: ꝓmulsidaria dicūtur vasa: quibus mulsum cōtinetur: scribit pomponius iurisconsultus. legatis vasis scutellas & promulsidaria cō tineri. M. tullius epistola quadā ad papiriū petum sic refert: habuisses nō hospitē sed cōtubernalē: at quē virū. non eū: quē tu es solitus ꝓ mulside cōficere. vbi ꝓmulsis accipitur ꝓ pulmentario siue potione ex mulso condita: vndē promulsidaria vasa deduci autumo: notandū vsurpari mulsum pro adiectiuo: vt apud Plinii lac mulsum. acetum mulsum. aqua mulsa. quæ melle cōcinnata significātur apud Plautum ex amantis & blandientis affectu dicitur mea mulsa. græco sermone ὑλιξ nominatur vnde deriuatus calix pro poculo. Impingēdus: dixit quasi illidendus & nolenti ingerendus. impingi. n. significat vim quappiā: vt apud Hieronymū. Impegi nouissime in Danielem & apud Virgilii. exanimata sequens impingeret agmina muris. Ab eodem

Oinomeli

Promulsidaria

ꝓmulsis

Lac mulsum

Acetum mulsum

Calix

Impingere.

Pol m.hi fortuna magis nūc defit quā genus. Nāq; regnū supperebat mihi: vt scias quanto e loco: quantis opibus quibus de rebus lapsa fortuna occidat. quid huic calix mulsi impingēdus est: vt plorare desinat. aut aliquid eiusmodi ecce tibi ex altera parte ab eodem

poeta.ſ.ennio. Ex opibus ſummis: verba ennii poetæ ex tragedia: quainducitur Andromacha vxor hectoris poſt necē mariti. poſt obitum priami. poſt excidium troiæ captiua: a græcis abducta ita lamentari erūnas ſuas apud Senecam introade inducitur querībunda. Grāmatici allegāt Ennīū in andromacha. apud homerū vltima iliados rhapſodia Hectorē defunctū andromacha & hecuba penetrabili querimonia lamentantes cōplorant. ergo andromacha ex regiis opibus deuoluta & in ſeruitutē tranſacta hiſce verbis apud poetā Ennīū deflet ſuas erūnas. Opis egens: indiga auxilii: ops antiqui dicebant quē nūc opulentū. vt teſtimonio eſt contrariū inops. ops terra dicta apud antiquos: q̄ hic oē opus. & ideo dī ops mater. q̄ terra mater opis deæ dies feſtus opalia dicta: quæ erāt poſt ſaturnalia. Itē opecōſiua dies dicta ab dea opeconſiua. cuius in regia ſacrariū: priſci iouē coluerūt cognomēto opitulū. qđ opē indigentibus ferret. Anno tāt grāmatici opē ſingulariter auxiliū opes pluraliter diuitias ſignificare: ſed & opē veteres dixerūt p opulentia. Quid petā p̄ſidii: exanimata ac vecors p̄ſta agere infortuniorū andromacha: neſcit vnde p̄ſidiū petat: a quo exilii ſu petias imploret. Ennius fecit fabulā titulo & argumēto andromachā emulatus euripidem: cūius hic eſt verſus. Andromachæ nomen qui indidit recte ei indidit: quo verſu inſinuat andromachā ſignificare viraginē & viris depugnantē: quaſi androma chetē: fuit. n. virili aio ſepta & q̄dā veluti virago: qđ & Homeri teſtimonio ſatis liquet. Hectori tuo. ſ. marito. Freta: confiſa. Vrbe orba ſum. proſonomaſia eſt. ſiue annominatio: quæ fit ſimilitudine aliqua vocū. & vicinitate quadā verborū: vt quis locus aut lucus: vt ex oratore arator: vt diligere oportet quē velis diligere: de qua Quintilianus cicero & ceteri. Quo accedā: cōſimile eſt illud grachanū: quo me miſer cōferā. quo vertā. Fana tēpla: vel a fauno: vel q̄ fando cōſecrātur. Toſti: cremati. Abiete: criſpa. Intelligit lacunaria ſiue laquearia ex abiegnis trabibus texta fuiſſe deformata flāmis & exuſta: materies. n. vt inqt Plin. in. xvi. abieti pulcherrima eſt in trabibus p̄cipua aūt dos eſt criſpantibus: & in torto quodā diſcurſu venarū p̄cio-

Andromacha. Ennii.

poeta: ex opibus ſummis opis egens Hectori tuæ: huic ſubuenire debemus querit. n. auxiliū. quid petam præſidii: aut exequar: quomodoue nūc auxilium exilii: aut fuga freta ſim: Arce & vrbe orba ſum: quo accedam: quo applicem: cui nec aræ patriæ domi ſtāt: fractæ & diſiecte iacēt. Fana flāma deflagrata. Toſti alti ſtant parietes deformati: atq̄ abiete criſpa. ſcis quæ ſe-

Ops. Ops mater. Opalia Opeconſiua. Opitulus iuppiter Andromacha vnde. Proſonomaſia Annominaton. Locus Lucus. Fana Abies in

edificiis valida.

sis:pōdus sustinere in edificiis valida est. Abies etiā in trāsuersum posita:renititurq; pōderi:nec temere rūpitur:priusq; carie q̄ viribus deficit. abies arborū altissima rectissimaq; est:cuius pars inferior enodis & sapinus vocatur:superior nodosa duriorq; est: fusternā vocāt:quā do p̄cipit cato prelū ex sapino faciēdū intelligi vult ex abiete enodi

Sapinus Fusterna.

que pars a terra ē: ab abiete

Abietari?

abietarius deriuat. O pater:priamū dicit: q; verbū cōuenit psonæ ādromachę

quātur & illud in primis. O pater o patria o priami domus septum altisono cardine tēplū vidi ego te adstantē ope barbarica: tectis celatis laqueatis auro ebore instructā regi sedem. O poetā egregiū. quā quā ab his cantoribus euphorionis contēnitur. sentit oīa repētina & inopinata esse grauiora. Exaggeratis igitur regis opibus q̄ videbātur sempiterne fore:quid adiungitur. Hæc omnia vidi inflammari

Opulentias

O patria:hic vī Virg illud transtulisse. o patria o diuū domus ilium. & Silius. o patria o fidei dom⁹ inclyta Ope barbarica: opulētia siue opulētitate luxuriosa:nā & opulētitas dī p opulētia alludit āt ad græcos puerbiū:qđ est. πλισ μορητων βαρβαρων.i.fertilitas &opulētia barbarorū.

Fertilitas barbarorum.

Tectis celatis: sculptis & celatura variegatis. Dicit āt dolenter se vidisse domū regiā adstantē auro celatura laqueatibus superbā & spectabilē. Home. tradit. & repetit Pli. menelai regiā. auro argento electro ebore fulgere. Cātoribus euphorionis: Euphorion poeta fuit chalcidēsis: quē trāstulit Gallus: qui ob id sic loqtur apud Virg. in bucolico ludicro. Ibo & chalcidico: que sunt mihi cōdita versu. Carmina pastoris siculi meditabor auena. Quintil. in. x. quid euphorionē frustra transibimus:quē nisi probasset Virg. nūq̄ certe conditorū chalcidico versu carminū feciſſet in bucolicis mentionē. habebat autē hic euphorion quosdam ita deditos sibi amatores:vt eum p̄ferrent ennio & reliquis poetis eiusq; poemata studiose cantarent:posthabitis aliorū poematibus. Cantores hoc in loco significari puto scenicos fabularū actores: vt apud Oratiū: Si plausoris eges aulea manentis & vsq; Sessuri: donec cantor vos plaudite dicat. Chorus in fabula constat ex vocibus plurium cantorum.

Regia menelai electro & ebore fulgens Euphorion Cātores scenici.

Exaggeratis regis opibus. pluribus verbis apud Enniū sigillatim recensebantur gaze & opes regis priami: & ita facta exaggeratione opulentiarum regiarum flebiliter lamentabatur andromacha cuncta repente ac preter expectationem fuisse direpta inflammata & ad extremam internectionem redacta: ex quo fiebat dolor atrocior: cum inopinata mala: ac repentina sint grauiora: durioraque toleratu.

Priamo vi vitã euitari: in prima tuſculana hoc idẽ carmẽ recitatũ est vno tantũ imutato verbo. illic. n. vitã eripi ꝓ euitari legitur. vt intelligas idẽ eſſe vitã euitari: qđ vitã eripi: & eſt verus verbum planeq; poeticũ euitare ꝓ vitã eripere. & vita ſpoliare: ſicut letare dicitur hoc eſt leto mulctare. letata corpora apud Ouidiũ ꝓ interempta. & morte mulctata. Eripian⁹ huic andromachæ quæ tã flebiliter tãq; dolẽter infortunia patriæ ſue deplorauit apd̃ tragicũ poetã. Pſaltriam: cã tricẽ: muſicus. n. cantus & modulatio lenit ꝓturbationes. & leuat egritudines.

Vitã euitari.

Letata corpora

Priamo vitã euitari. Iouis arã ſanguine turpari. Præclarum carmen. eſt enim & rebus & verbis: & modis lugubre eripiamus huic ægritudinẽ: quomodo collocemus inculcitra plumea? pſaltriam adducamus cedrũ incẽdamus: demus ſcutelam dulciculæ potionis: aliquid prouideamus & cibi. Hæc tãdem bona ſunt: qbus ægritudines grauiſſime detrahãtur: tu. n. paulo ante ne intelligere te quidẽ alia bona dicebas. reuocari igitur oportere eũ mœrorẽ ad cogitationẽ bonorũ: conueniret mihi cũ Epicuro: ſi quid eſſet bonũ cõueniret. dicet aliquis. quid ergo tu epicurum exiſtimabas iſta voluiſſe. aut libidinoſas eius fuiſſe ſententias: ego vero miníme: video enim ab eo dici multa ſeuere. multa præclare. Itaq; vt ſæpe dixi: de acumine eius agitur non de moribus q̃is ſpernat voluptates eas: quas modo

Edricũ incẽdamus: corrigo cedrũ. In delitiis. n. vtebatur cedrus inter odores, iuxta illud maronianũ. vrit odoratã nocturna in lumina cedrũ. ſimiliter apud homerũ. calipſo vrit cedrũ ſciſſilem odoris cauſa. ſic. n ait in quinto odyſſeæ τλοσ εδοδμηκε δρυ τε κεδρος τε θυον γαρ ριστον οδοδει δαι μερον. i. pcul odor cedri & citri ardẽtiũ per inſulam redolebat. Plini. in. xiii. meminit ſententiæ homericæ thiam exponẽs ꝓ citro caſtigãſq; eorũ errorẽ: q cedri citriq; vocabulo odoramẽta accipiũt. oxycedros vocatur quæ acutũ & ſpinoſũ habet foliũ altera cedrus odore preſtat. maiorẽ cedrũ

Cedrus vtebatur in delitus

Oxycedros

vocant cedrealem: materiæ cedri eternitas eſt: ideoq; ſimulachra deorum ex ea antiqui factitauerũt. cedrinus fuit romæ in delubro appollo ſoſianus. Tu. n. ad epicurum hæc dicuntur. Libidinoſas ſententias: ſententiæ philoſophi libidinoſe dicuntur: quibus voluptate guſtus & complexus ſummũ bonum metitur: quod interdum facit epi-

Cedrales Cedrin⁹ Appollo.

curus.inter dū virtutē extollit:& ſine virtute beate viui nō poſſe p̄i-
tetur. Non verbo ſolū voluptatē epicurei propugnatoreſq; epicuri
dicūt non intelligere nos de qua voluptate loquatur epicurus:in qua
ſummū bonū ponit nunc Cicero ne tergiuerſari poſſint refert verba
epicuri planiloqua atq; perſpicua:q̄ planiſſime demōſtrant hominem
loqui de voluptate corpo-
rea & ſenſuali:ſicut ãt paulo
ante demonſtratū eſt. Cu
pio refelli:redargui: refuta-
ri:cōuinci: nã refellere vt ſu
pra docuimus eſt redargue
re falſitatem:refellit qui ne-
gat. Non creſcere volup-
tatem:ſicut ſtoici dicunt vir
tuti non eſſe locū incremen
ti. ita dicebat epicurus vo-
luptatem creſcere nō poſſe:
vbi detractus eſſet dolor.
Contra plato ait voluptatē
maiorem expetibiliorēq; fie
ri addita alia voluptate. Et
ex hoc colligit voluptatem
ſummū bonū eſſe nō poſſe:
cum id ſummū ſit bonum:
cui nihil addi poſſit.hoc idē
tradit Ariſtoteles in.x. ethi
corum. Tria magna pecca
ta. conſimiliter in libris de
finibus bonorum diſputans
cū torquato epicureo mul-
ta reprehendit ex dogmate
doctrinaq; epicuri.quē architectū beatæ vitæ nominitant. Niſi ſen-
ſus:quaſi titilarentur. pugnat ſecū epicurus ſibiq; cōtraria dicit: quo
nihil turpius.mō ait ſummū bonū eſſe in voluptate:que percipitur e
guſtu:tactu.auditu.viſu.olfatu qui ſenſus quinq; ſunt notiſſimi.& vo
luptates eorū cognitiſſimæ.modo dicit ſummū bonū eſſe indolentiā
pugnant haud dubie hæc inter ſe. cū aliud ſit frui voluptatibus ſenſu
alibus:aliud non dolere:titillari autem dicuntur ſenſus quando mo-
uentur. Geſtiunt: pruriunt voluptatis dulcedine: tranſlatum ver-
bum a titilatu alarum: vbi dulcedo ſcabendi ſcribit Pli.in.xi.in eadē
precipua hilaritatis ſedes: quod titilatu maxime intelligitur alarum

Refellere

Voluptas maior ad dita volu ptate.

Architectus beatæ vitæ.

Pugnat ſecū epicurus.

laudauit. Ego tamen memínero:
quod vídeatur ei ſummū bonum.
Non enim verbo ſolū poſuit vo-
luptatem ſed explicauit quíd dice
ret: ſaporem ínquit & corporū cō
plexū: & ludos atq; cantus: & for
mas eas quibus oculi iocunde mo
ueantur:num fingo num mentior
cupio refelli. Quíd enim labore:
niſi vt veritas in omni queſtione
explicetur. At idem ait non creſce
re voluptatem dolore detracto:
ſummāq; voluptatem níhil dole
re. Paucis verbis tria magna pec
cata. Vnum quod ſecum ipſe pu
gnat. Modo enim ne ſuſpicari qui
dem ſe quícquam bonum niſi ſen-
ſus quaſi titillarentur voluptate.
Nunc autem ſummam voluptā
tē dolore carere. Poteſt ne magis

longiorē nocte protendit. erat autem ad octauū calen. aprilis de hilaribus meminit Flauiuus vopiscus. In aureliano: quibus omnia festa & fieri debere: & dici tradit. Nihil profici mœrēdo: nostris mederi si malis possent lachryme: lachrymas emeremus auro: vt inquit menander. Mœror & dolor nihil proficiunt lugentibus: cū fata sint inexorabilia. & quod factū est amplius fieri infectum nō possit. εαυτον τιμορουμενος. notissima est terentiana fabula. hoc titulo quo significatur se ipsum puniēs siue excrucians. Nā inducitur senex menedem⁹ semet ipsum crucians dū in fundo fodit. arat aut aliquid facit sine laxamento ob filiū adolescentulū amandatum qui in asiam ad regē militatum abiit paternæ morositatis impatiens: de quo Oratius in sermonibus. Ita vt pater ille: terētii fabula quē nato miserū vixisse fugato inducit: non se prius cruciauerit atq; hic. Chreme: vocatiuus casus est siue salutatorius: loquit̄ .n. menedemus cū chremete vicino. Decreui cōstituī quod est volūtarium. Tātisper: tam diu. postulat autē post se hæc particula. dū vel donec: vel quoad: vt Cicero in carcerē ductus vt ibi esset tantisper dū culeus cōpararetur. Au. gelius. eo cōsilio vt viueret quidē tantisper: quod fieret permutatio apud Liuiū tantisper absolute positum est p interea: siue tantūmodo sic: n. scribit in primo: tamen id imperium ei ad puberem etatē incolume mansit tantisper tutela muliebri. Malo quidē: verba menedemi: qui putat se dignum quocunq; malo: cū iniustitia sua se eieciſſe filiū miserum ex patria fateatur. Nāq; nimis multos: Versus homeri: quib⁹ declaratur ex quotidianis necib⁹ fieri sedationē mœroris & pausam: & callū quasi obduci aduersus luctum. Vlyxes in. xx. iliados talia eloquitur. Ergo in potestate est: ex carmine Homerico ostendit. Marcus Tullius in potestate hominum esse abicere dolorem cum velint cum illæ præceperit. Luctum lachrymis diurnis esse finiendum. Constabat eos: Pompeius conscendens naviculam paruulam a ptolomeo missam: ad vxorem filiumq; cōuersus

E autōtimo tumenos.

Tantisper

Quisqs ad tyrannũ it fit seruus

sophocleum illud pronũciauit: quisquis ad tyrannũ proficiscitur, fit illius seruus. licet liber sit, ibiqꝫ ab achilla & septimio interficitur. Annũ egens etatis: vnde sexagesimũ: qui in morte nihil se ipso indignũ: aut dixit aut fecit: sed tantum suspirans se ictibus præbuit: cornelia & ceteri vt aspexere cedem anchoris celerrime eductis effugerũt: vnde pelago altius petito. cum ventus vehementior flaret: ab egyptiis persequi satagentibus sese subduxerũt plutarchus. Lucanꝰ. cæteri tradũt vlulatum maximũ ad littus vsqꝫ emissum fuisse ab his viso Cn. pompeii casu. Cicero vero ait eos nihil aliud tũ egisse nisi vt remiges hortarentur ad remigandum. Demũ vbi in tuto fuerũt lamentari cepisse. canit Lucanus. corneliam visa coniugis nece delamẽtatã esse flebiliter & lachrymosæ mox caput ferali amictu obduxisse: & in cauernis nauigii tenebrosis delituisse. Dein cũ peruenissent ad littus africanum vbi erat cato luctũ esse factum exemplo carentem: nulliqꝫ euo cognitum: Ibiqꝫ manibus pompeii parentatum. Classe hostium egiptiorum: Timor ab his sensus est. si in pompeianis timor & pauor expectorare potuit dolorem: & repellere tristitiam: tanto magis hoc sapientia efficere poterit.

Nex põpeii

Cornelia delamentata

Expectorare tristitiam.

Nihil profici. sepe dictũ est lachrymas & luctus ineficaces esse & nihil prodesse ad iacturam sarciendam.

Facilius ferunt: multi oc-

malũ. Quid quod res ipsa lugere prohibet: vt apud Homerũ quotidianæ neces interituſqꝫ multorum sedationẽ mœrendi afferũt: apud quẽ dicitur ita. Nãqꝫ nimis multos atqꝫ omni luce carentes Cernimus vt nemo possit merore vacare. Quo magis est æquũ tumulis mãdare peréptos. Firmo aio. & luctũ lacrimis finire diurnis: Ergo in potestate est abiicere doloré cũ velis tẽpori seruiẽtẽ. An est vllũ tẽpus quoniã quidẽ res in nostra potestate: est cui nõ ponẽdæ curæ ægritudinis causa seruiamus. Conisabat eos qui cõcidentẽ vulneribus Cneũ Pompeiũ vidissent: cũ in illo ipso acerbissimo miserrimoque spectaculo sibi timerẽt: qd se classe hostium circũfusos viderent: nihil tũ aliud egisse: nisi vt remiges hortarentur: & vt salutẽ adipiscerẽtur fuga: posteaq̃ tyrũ venissent: tũ afflictari lamẽtariqꝫ cœpisse. Timor igitur ab iis ægritudinẽ potuit repellere: ratio ac sapientia vera nõ poterit? Quid est autem qꝫ plus valeat ad ponendum doloré: quã cum est intellectum nihil profici &

calescunt: obdurescuntq; ex diuturnis malis ad ferenda equo animo quæcūq; aduersa contigerint. Si mihi nunc: carmen euripidis poetæ latinitate donatū a. M. Tullio quo theseus opinor inductus: queritur de fortunæ cōtinenter vrgentis iniquitate pertinacissima: que res obduxit callū contra sum doloris. consuetudo.n. malorū & defatigatio egritudinū vi doloris & egritudinū facit leuiorem. Occallescunt ad mala.

frustra eē susceptum? si igitur deponi potest etiam non suscipi potest. Voluntate igitur & iudicio suscipi ægritudine confitendū est. Idq; indicatur eorum patientia: qui cum multa sint sæpe perpesti facilius ferunt quicquid accidit. ob duruisseq; sese contra fortunam arbitrantur. Vt ille apud euripidem: si mihi nunc tristi primum illuxisset dies: nec tam erumnoso nauigassem sola: esset dolendi causa: vt iniecto equulei freno repente tactu exagitantur nouo. sed iam subiectus miserii obtorpui.

Illuxit: apparuit: fulsit: Agretius grāmaticus. Eluxit qui luctum deposuit: Illuxit cum lumen apparuit. Illuxit

Salo erumnoso: mari referto erumnarum periculorūq; Cato portius trium rerum penitentia ducebatur: primum si mulieri arcana credidisset. Secundum si aliquo itinere nauali transmisisset: quo pedibus ire potuisset. Tertium si qua dies per incuriam desidiamq; effluxisset. Terentianus sosia fortunatum vocat: qui nūquam ingressus est mare. Plautinus senex vitam maritimam reformidat: alter apud eundē Plautum in trinummo salsipotenti & multo potenti neptunno gratias agit quod euaserit illum spurcificum immanem intolerandum & vesanum deluctatus erumnis maris: idem in rudente neptunnum esse dicit balneatorem frigidum: qui ex insulsis salsos facit: qui salsam præbet potionem & frigidam. Interrogatus Anacharsis vtrum plures essent viuentes an mortui: quo inquit in loco collocas nauigantes. quo dicto scite significauit nauigantium vitam non esse vitalem. Ego quoq; memor maritimarum erumnarum olim feci quod Plato: qui cum in equum ascendisset subito descendit. veritus ne equi ferocitate raperetur: sic & ipse conscendi equum ligneum ex portu anconitano oram soluens. cum iam per equor cerulum vectarer repente remigem rogaui: vt me animal terrenum restitueret terræ: & ita e vestigio descendi veritus salsas salsipotentis potiones. Iniecto equulei freno sicut nouellus equuleius. hoc est pullus equinus adhuc per etatem insolens frenorum actyro exagitatur. Penitētia catonis Salsipotens Balneator frigidus. Scitū anacharsis Olim cō scendi nauiū & descendi. Frenum mordet

concutiturq; solo tactu freni. sic homo dolore exagitatur ex dolendi insolentia: vbi vero assuevit erūnis obtorpet: facitq; quod equus iam edomitus: qui frenū mordet & seruitio hominis assuescit: & domiturā facile fert: & ad obsequiū habilis reperitur: equus bimus: vt docet Columela ad vsum domesticū recte domatur. Certaminibus autē expleto triennio. Annotandū obiter quod annotatu dignū est. si masculū equinum fetū progenerari velis. sinistrū testiculū admissarii lineo funiculo obligato: si feminā vero dextrum sicut p̄cipit democrit⁹ physicus: qui idē in oībus pene pecudibus faciendū censet .M. Varro suadet frenos in equili suspendendū. vt oculi equuleoꝝ cōsuescāt videre eorū faciē: & e motu crepitus audire: cū iam ad manus accedere consueuerint. Interdū imponere his puerū. Equuleus dicitur pullus equinus. & nouellus diminutiuum ab equo vt docet Priscianus in tertio. M. tullius in verrinis. his equitabit equuleis: dr̄ & equulus. M. Varro hoscē itē. vt equulos. & educūt & alunt. Idē ait equulū post annū & sex mēses domari posse: ab equa sit equula. Plautus adhinnire equulā possū: ego hāc equile dicūt stabulū equorū: sicut bubile boum. caprile caprarū. Edilia dixit Oratius pro stabulo edorū. In summo se malo esse hoc facete dictū ex opinione stoicorum: qui dicunt insipientes eos & miseros: qui sapientiā ad perfectū non sint consecuti. insipientia autē ē summū malū. Dicebat. n. socrates vnicū esse bonū sciētiā: malū vnicū imperitiā. Ergo philosophi: q nō sunt plene sapiētiā cōsecuti: sunt in insipientia & cōsequēter in summo malo: & tamē nō lugent. cū alii lugeant: ex minoribus malis: dogma stoicorū est: eos qui natura doctrinaq; longe ad virtutē processissent: nisi eam plene cōsecuti essent. summe esse miseros: neq; inter eorū vitā & improbissimorū quicq̄ omnino interesse: vt plato tātus ille vir si sapiēs nō fuerit nihilo melius q̄ quiuis improbissimus nec beatus vixerit. Merito itaq; M. Tullius in

Si masculū pecus habere vis

Equulei⁹

Equulus

Equula
Equile
Bubile
Edilia

Dogma stoicorū ridiculū

Defatigatio igitur miseriarū ægritudines cū faciat leuiores: intelligi necesse est non rem ipsam causam atq; fontē esse mœroris. Philosophi summi necdū tamen sapientiā consecuti nondum intelligunt in summo se malo esse. sunt enim insipientes: neq; insipientia vllū mai⁹ malū est: neq; tamen lugent. Quid ita? quia huic generi malorū nō affigitur illa opinio: rectum esse & æquum & ad officiū pertinere: ægre ferre q̄ sapiens non sit. Quod idē affigimus huic ægritudini: in qua luctus inest: que omniū maxima é. Itaq; Aristoteles veteres philoso-

oratione pro murena facetissime lusit doctrinã ac decreta stoicorum.

Huic generi malorũ: non plene sapientiã percepisse. Aut stultissimos: Lactantius libro tertio meminit horũ verborũ huiusq; sententiæ: vbi verũ est inquit stultissimos fuisse qui putauissent ingeniis suis perfectã esse sapientiã: sed ne ipse quidẽ Aristoteles satis prudẽter: q aut a veteribus ceptã: aut a nouis auctã aut mox a posteri oribus perfectũ iri putauit. nũq̃.n.potest.n. inuestigari qđ nõ per suã viã queritur.

phos accusans: q existimauissent philosophiam suis ingeniis esse perfectam: ait eos aut stultissimos aut gloriosissimos fuisse. sed se videre q paucis annis magna accessio facta est: breui tẽpore philosophiã plane absolutã fore. theophrastus autẽ moriens accusasse naturã dicusasse naturã. Mihi iusta sane videt querela hæc & accusatio theophrasti & quæ cũctos litteratos deceat. quid.n. si dicere fas est: sibi voluit illa parens rerũ opifexq; natura: cũ dedit ceruis coruis. cornicib?. elephantis. vitã diuturnã: hominibus tã exiguã: cũ tribuit brutis animãtibus annosa secula: nobis vix vitæ gustatũ indulsit: quorũ maxime intereat diutissime viuere: vt doctrinæ oẽs vt artes ad perfectum perduci possent annorũ lõginquitate: quod si primigenii illi homines vixerũt vt fertur annorũ milia: cur in p̃sentia nõ viuimus tã longitur ni. cur facta est ætas nostra deterior. quid deliquit quid peccauit ipsa posteritas. vt nõ eodẽ diuturnæ vitæ beneficio perfruatur. Credam? verũ esse illud manlii idem semper erit: quoniã semper fuit idẽ. scribit Iosephus libro primo antiquitatũ vetustissimos illos homines primigenios ideo tãdiu vixisse: primo q eis pabula oportuniora melioraq; admoius tẽpus præparata extiterunt: deinde propter virtutes & gloriosas vtilitates quas iugiter perscrutabantur: idest astrologiã & geometriam. Deus eis amplius viuendi solatia cõdonauit: quæ nũq̃ antea addiscere potuissent. Nisi sexcentis viuerẽt annis per tot enim annorum curricula magnus annus impletur. Ceruos autem viuaces esse tradunt scriptores. Hesiodus cornici nouẽ nostras attribuit etates: quadruplũ eius ceruis. id triplicatum coruis. Verba Hesiodi hæc sũt. ελαφοσε δετεγρακοροvοσ τρειστ δεελα φουσο κορᾳξ γηρασκεται. vita ceruis vt plinii verbis vtar in confesso lõga est: post centũ annos aliquibus captis cũ torquibus aureis: quos alexander magnus addiderat adoptis: iam cute in magna obesitate: febrium morbos nõ sentit hoc animal quin medetur huic timori quas-

Poucis annis accessio: seneca: mũdũ ingt sunt mille anni ex quo initia sapiẽtiæ nata sunt: multis ergo secu lis humanũ genus sine ratione vixit. Theophrastus ac

Initia sapiẽtię nõ vetusta

Querela theophrasti

Accusanda natura

Primigenii. polychronii.

Causa lõgioris vitæ.

Viuax Coruus

caro ceruina expultrix febrium.

dam nos principes feminas scimus oibus dieb⁹ matutinis catmẽ eam degustare solitas: & lõgo euo caruisse febrib⁹ hacten⁹ plini⁹: hinc a satyrico poeta. Ceruina senectus: dicta pro diutina & viuaci subulones ceruos appellant: quibus simplicia sunt cornua: de vita cornicũ diutur na dictum est in primo cõmẽtario. Querebatur: lamẽtabatur Theophrastus. Officiosi doloris: officiciolum dolorẽ significanter cũ dicit: qui prius est: ex iusta causa sumit & cuius ꝓbabilis ratio reddi potest. officium enim ab efficiendo dictũ: quod efficere vnũquẽq; cõueniat ꝓ cõditiõe ꝑsonæ. Nã officiũ appellam⁹ qđ rõne actũ sit: vt docet. M. Tulli tertio de finib⁹. Nõ putãt legẽdũ viris. Seneca viris nullũ legitimũ lugẽdi tẽpus cõstitutũ esse tradit qa nullũ est honestum: cũ annũ feminis ad lugendũ maiores instituerint non vt tãdiu lugerent sed ne longius. Laudant luculẽti scriptores institutũ illud massilienſiũ sine lamentatione sine planctu cadauera efferuntur: luctus funeris die domestico sacrificio conuiuioq; necessariorũ addito finitur: Lycurgus in rebus funebrib⁹. ανειλε ταωενθη και τουσ οδιρμουσ. i. sustulit luctus & lamentationes. Q. maxim⁹. Cato in libro de senectute: multa ait se præclara in quinto maximo cognouisse: sed nihil est inqt admirabilius q̃ quomodo ille mortẽ M. filii tulit clari viri & cõsularis est in manibus viri laudatio: quã cum legimus quem philosophũ non contẽnimus. Possidonius refert hunc fabiũ cõtractorem a romanis clypeum vocitatũ: propterea quod eo tanquam clypeo romani tegebãtur ab impetu hostili. de eo dixit Hannibal: & romani suũ habent Hannibalem. Refert Plutarchus: cũ fabii filius diem obiisset: eum pro dignitate optimi patris calamitatẽ orbitatis commodissime tulisse: ipsumq; in foro filium defunctum ora-

Ceruina senectus

Subulone qui

Officios⁹ dolor

Officiũ

Ann⁹ ad lugẽdum feminis

Luctus

Dialis massilien sium

Fabius mortẽ filii tulit fr miter.

Clypeus roman⁹

citur. ꝙ ceruis & cornicibus vitam diuturnã: quorũ id nihil interesset hominibus: quorũ maxime interfuisset: tã exiguam vitam dedisset: quorum spetas potuisset esse lõgior. futurum fuisset: vt omnib⁹ perfectis artibus omni doctrina hominum vita erudiretur. Quereba tur igitur se tum cũ illa videre cœpisset extingui. Quid ex cæteris philosophis nõne optimus & grauissimus quisq; confitetur multa se ignorare: & multa sibi etiam atq; etiam esse discenda. neq; tamen cũ se in media stultitia: qua nihil est peius hærere intelligant: ægritudine ꝑmuntur. Nullã eni admisset opinio officiosi doloris. Quid qui non putant lugendũ viris: qualis

tione funebri ex more laudauisse: Qualis lucius paulus:scribunt Valerius maximus:seneca:plutarchus.Emylio paulo quattuor fuisse filios mares:ex quibus duos iure adoptionis in corneliam fabiamq; gentem transtulit:duos quos sibi seruauerat extulit: quorū alter quinto ante triūphum paternū die,alter tertia post triūphum die expirarunt: itaq; qui ad donandos vsq; liberos habundauerat.is ad orbitatem repēte adactus ē quem casum robore animi incredibili sustinuit. In tantum vt populum ipse ob id ingemiscentē condolentēq;magis cōsolaretur:q̄ ipse foret consolādus:qui in oratione. quam apud populum habuit sic locutus fertur: cum in maximo prouectu fœlicitatis nostrę quirites timerem ne quid mali fortuna moliretur. Iouem optimum maximum: Iunonemq; reginam: & mineruam præcatus sum: vt si quid aduersi populo Romano immineret. totum in meam domum conuerteretur: qua propter bene habet:annuendo enim votis meis id egerunt: vt vos potius meum casum doleatis: q̄ vestrum ingemiscerem. Qualis. Mar. Cato.Mar.Tullius in epistola ad Seruium sulpitium:de his qui fortiter obitum filiorum tulerunt: sic refert Quintus maximus: qui filiū consularem clarum virum magnis rebus gestis amisit. & Lucius paulus:qui duos septem diebus.& noster gallus.& Marcus Cato qui summo ingenio summa virtute filium perdidit his tēporibus fuerunt: vt eos isporum dignitas consolaretur. M. Cato apud ciceronem de catone hoc filio defuncto: sic inquit. proficiscar ad catonem meum quo nemo melior vir natus est:nemo pietate præstantior: cuius a me corpus crematum: quod contra decuit ab illomeum & mox : quem ego meum casum fortiter ferre visus sum:non quod æquo animo ferrem:sed me ipse consolabar: existimans non longinquum inter nos discessum & digressum fore:auctor est plutarchus.M. Catonem.vxorem & filium perdidisse inducta noua victus & medicinæ formula. oleribus enim & nessarum.phassarumq; ac leporis carne domesticos egrotos alebat.vt autem verba græci scriptoris intelligas : quæ visa sunt interprætibus non translaticia. phassæ dicuntur palumbi. nessi anates significantur: vnde nessotrophium apud.M.Varronem.& columelā dictū:quo anates clausæ gregatim pascuntur. Natura affert dolorē.M.Tullius:qui iam copiose tā eloquēter tā magnificis verbis

Pater laudauit filiū defunctum.

Quatuor filii emylio

Mors filiorū septē diebus.

Verba Pauli Emylii

Cato fortiter tulit obitō filii.

Cato filiū & vxorē interemit.

Phassæ palūbi

Nessotrophi quid

Cicero patiēs doloris. Oppressus a dolore

affirmat dolorē esse in opinione nō in natura. cū solū vertisset exilii causa. cū amisisset filiā carissimā: succubuit dolori & egritudini. iacuit miseranter. tūc illi mœror omnē expectorauit sapientiā tunc animus dissensit a labiis: tūc scribēs ad seruiū sulpitiū. opprimor inquit & vix resisto dolori: idē aliubi dixit. Cedo fortunæ & manū intollo. Et ita virū philosophastrū vel potius philosophū magnificis verbis aduersus egritudines perorantē, oppressit tabific⁹ mœror: docuitq; dolorē nō opinabilem esse sed naturalē: hoc idē ego quoq; nuper expertus sum ex obitu matris optimæ carissimæq; q̄ sicut viuēs mihi in tra domesticos parietes ocianti erat maximū solatiū: ita mortua maximo me dolore cōfudit: heu me miserū: hæc scribens dolore diuellor subit mentē recordatio affabilitatis dexteritatisq; maternæ, idē tidē recursat mordax cura videor videre idolon. spectrūq; piētissimæ parentis qua nulla. verū enim loqueris libere loquar sanctior nulla probior nulla religione p̄stantior fuit: erat prudēs & circūspecta supra ptū feminarū. Qui dixit nullū esse amorē indulgentiorē: q̄ maternū veridicus fuit. Deus bone quāta me quāta fratres caritate amplexabatur: hilaris erat vbi nos hilaros videbat: tristis vbi: subtristes letitia ac tristitia ex filiorū vultibus pendebat: nobis vicē patris matrisq; exhibens. Nāq; post mortē patris: Castorea: hoc enim nomine mater nuncupabatur: decreuit sibi in viduitate esse permanendū & cū in matrimoniū a nobilibus viris iterū peteret: esseteq; in ipso ætatis suæ flore marito viduata: mulier sancte pudica. filios pluris fecit. q̄ coniugales voluptates. Itaq; me cū duobus fratrib⁹: quorū alter maior natu est alter minor memorabili pietate sedulo aluit. per annos ferme. xxxvi bimulus. n. patrē amisserā. O miserū & funestū illū diem atroq; calculo notandū: quo optimā. carissimā. dulcissimā parentē aspexi morientē. O diē: qui diuo petronio tutelari bononiensiū deo es dicatus: te acerbū: te atrū: te ominosum semp habiturus sum: tu mihi id eripuisti: q̄ in vita erat iucūdissimū. tu aliis festū genialē generaliter colentibus, me luctu & lachrymis repleuisti: tu me vulnere insolabili cōfeciſti. At consolatores dicent senio confesta: erat iam sextū & sexagesimū ætatis annum impleuerat: iam satis diu vixerat. sunt ista quidē vera nec inficior: sed mihi parum diu vixerat. mihi imaturo obitu rapi visa est acerba enim semper est bonorū mors etiā capularium: mœreo & q̄dem

De obitu matris meæ.

Probitas matris Mores materni. Castorea nomē matris in viduitate p mansit.

Diesmoestis matrē luctu ofus.

mœrorē esse non putabant viri. ergo id q̄ alii rectū opinātes ægritudini se solent dedere: id ii turpe putantes ægritudinem repulerunt. ex quo intellígitur non in natura sed in opínione esse ægritudinem contradicuntur hæc. quis tā demens

dolenter: q; optime parenti nullam solidam gratiam rependere potui pro cumulatissimis beneficiis: quibus me semper indulgenter est prosecuta: dum iam maternis fungitur vicibus ac paternis. Denique efficit interitus optimæ matris: nũq; enim a me sine honoris nomine est nominanda: vt cognoscerem ac experiter affectũ doloris esse potentissimũ in natura non in opinione collocatum. qui subito me nolente ac reluctante violenter erũpit: cui resisti nõ potest: qui interdum impetuosissimus refringit repagula virtutis: vixq; per oculos ac suspiria effusus interquiescit. Valeant philosophi cũ verbis suis magnificis. prædicent non esse dolendum. lactent egritudinem in opinione non in natura consistere. Non credo: non assentior: nec credidit nec assensus est is qui nũc apathiam maxime probat: & dolorem opinabilem esse audenter ac decenter affirmat. Nam ex morte filiæ o; pressus a dolore est. Excideruntque dicta & præcepta. posthabitis aliorum præceptis consolatoris. Confugit ad domesticas medelas seq; ipsum consolatus est: composito libro de consolatione. meditor ipse quoq; condere libellũ de consolatione: vt quod ille fecit ex interitu tulliolæ filiæ. id ego iustius faciam ex morte amãtissimæ parentis: cuius iacturam grauissimam fero: sed iam ad institutum redeamus. Cũ doloris tractatus refricuerit nondum obductas cicatrices. Oileus ille apud Sophoclem: Sat notum duos aiaces nominitari. alterum oilei: alterum telamonis filium: quorum interitus quotidie in ludis triuialibus celebratur: cum aiax oilei fulmine mineruæ naufragio extinctus expirauerit: Aiax vero telamonis sibi ex furore mortẽ conscierit gladioq; incubuerit: Sophocles induxit oileũ consolationibus fouentẽ telamonẽ de morte aiacis. ipse paulo post cũ audisset aiacẽ suũ cruciabiliter peremptum esse fractus est dolore: nam vt ait terẽtiana sentẽtia. omnes cum valemus recta cõsilia egrotis damus: tu si hic sis aliter sentias: Nec vero: verba sophoclis moralia & terentianæ sen-

vt sua voluntate mœreat: natura affert dolorẽ: cui quidẽ Grantor inquiũt noster cedẽdũ putat. præmit enim atq; instat: nec resisti potest. Itaq; cum Oileus ille apud Sophoclem Telamonem ante de aiacis morte consolatus esset: is cũ audisset de suo filio fractus est. De cuius commutata mente sic dicitur. Nec vero tanta prẽditus sapientia quisquã est: aliorũ erũnam dictis alleuans non idem cum fortuna mutata impetũ conuertat: clade subita vt frãgatur sua: vt illa ad alios dicta & precepta excidant. hæc cũ

Acerbas ẽ per bonorũ mors. Affectus doloris potẽtissimus.

Meditor libellũ de consolatione

Duo aiaces

Terẽtiana sntia.

tentiæ: quam recitauimus congruētia. Gratum ſe mortuis facere: Seneca eleganter mortuus inquit aut beatus aut nullus eſt: beatū deflere inuidia eſt. nullum dementia. Superſtitō muliebris: ſicut religio deos colit. ita ſuperſtitio violat quam docti nihil aliud eſſe autumāt q̄ timorem ſuperfluum & delirum. ab aniculis dictam: quæ multis ſuperſtites per etatē delirant & ſtultæ ſunt. M. tullius in ſecūdo de natura deorū. ſupſtitiones aniles appellat: at q̄ ſuperſtitioſum eſſe vitii nomē ex eo dictum. q̄ qui totos dies præcabantur & immolabant: vt ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent. ſuperſtitioſi ſunt appellati. quod nomen patuit poſtea latius. Lactantius ait ſuperſtitioſos dicit qui ſuperſtitem memoriam defunctorum colunt: qui nouos ſibi deos colendos aſſumebant eos ſuperſtitioſos vocabant. vnde eſt illud virgilianū. vana ſuperſtitio veterumq̄ ignara deorū ſuperſtitio vt inquit Sene. error inſanus eſt. Amādos timet: quos colit violat: hoc faciunt peculiariter mulierculæ que q̄buſdā rebus inanibus addicte dū volunt videri nimis religioſæ. ſuperſtitioſæ fiūt. & ita delirant.

Superſtitio quid.

Supſtitioſi.

Aniculæ ſupſtitioſæ.

In amatorio ſermone. aia vt inquit Plau. ē amica amāti. & vt ait quidā. amatoris animus viuit in alieno corpore. Catullus & omnes amaſii teſtantur: amicas ſibi vita eſſe cariores a q̄bus vita & anima puella nominatur. Dixit oratius: p̄ quo bis patiar mori ſi paſcēt aiæ fata ſuperſtiti: Amator vt inquit Ariſtoteles in. viii. ethicorū

Aia amica amanti

diſputant: hoc ſtudent efficere natureobſiſti nullo modo poſſe. Ita men fatentur grauiores ægritudines ſuſcipi q̄ natura cogat. Quz igitur eſt amētia: vt nos quoq̄ idē ab aliis reqramus: ſed plures ſunt cauſe ſuſcipiendi doloris. Primum illa opinio mali quo viſo atq̄ perſuaſo ægritudo inſequitur neceſſario. Deinde etiā gratū ſe mortuis facere. ſi grauiter eos lugeant. arbitrantur. Accedit ſuperſtitio muliebris quedam. Exiſtimant enim diis immortalibus ſe facilius ſatisfacturos: ſi eorū plaga perculſi afflictos ſe & ſtratos eſſe fateantur. ſed hæc inter ſe quā repugnant plerīq̄ nō vident. Laudant enim eos: q̄ eq̄uo animo moriātur: qui alterius mortem æquo animo ferant: eos putāt vituperandos: quaſi fieri vllo modo poſſit: quod in amatorio ſermone dici ſolet: vt quiſq̄ plus alterum diligat quā ſe: Præclarū illud eſt & ſi queris rectum quoq̄ & verū: vt eos qui nobis cariſſimi eſſe debeāt, æque ac noſmetipſos amemus. At

aſpectu gaudet amati. Eque ac nos. prouerbiũ græcũ eſt εστιρο φιλοσαλλοσ αυτοσ .i.amicus eſt alter ipſe. & aliud σωμα=τα μερ δυο ψυχη δαμια : corpora quidẽ duo anima autem vna: q expreſſit Ouid.illo verſiculo. Qui duo corporibus: mentib⁹ vnus erant.cariſſimos ergo amiciſſimoſq; tantũ amare poſſumus q̃tũ noſmet ipſos:ſupra nec fieri poteſt: nec peri debet: cũ natura nihil nobis carius pẽ ſiuſq; nobiſmet ipſis eſſevoluerit. Perturbatio vitę caritas quidẽ in nobis ordinata eẽ debet. vt apoſtolica ſẽtentia p̃cipitur. ſed in plurimis inordinata cõſpicitur. Dicitur autẽ amor ſiue caritas eẽ inordinata.cũ aut hõ id diligit: quod non debet: aut quos debet diligit : ſed plus iuſto diligit aut minus iuſto. Dilectionis enim libra ri debet mod⁹: auctor diu⁹ Hieronymus in omelia cantici tertia. Cũ ad eos impetũ conuerterit: ſenſus eſt nõ ſolatores:qui alios in dolore conſolari volũt confitentur ſe miſeros eſſe:cũ in eos retorquet impetus doloris: & caſus ipſe conuertitur ex quo fieri videtur: vt qui ſe patronos:in alieno negocio profitentur.illis ipſis in ſuo opus ſit patrono:& qui cõſolator in alieno mœrore videri vult.ipſe in ſuo luctu cõſulandus ſit:quod vitiũ ait:M.tullius eẽ culpæ nõ naturæ. Quãuis copioſe:q̃tum vis. Aliter atq; aliter q̃.

Amic⁹ alter ipſe.

Corpora duo aia vna.

vero pl⁹ fieri nullo pacto põt. Ne optandum quidẽ eſt in amicitia: vt me ille pluſq̃ ſe amet:ego illũ pluſ q̃ me.perturbatio vite ſi ita ſit atq; officiorum omniũ cõſequatur.ſed de hoc alias:nunc illud ſatis eſt:nõ attribuere ad amiſſionem amicorũ miſeriam noſtrã: ne illos pluſquã ipſi velint: ſi ſentiebant: plus certe quam noſmetipſos diligamus. Nã quod aiunt pleroq; cõſolationibus nihil leuari: adiunguntq; conſolatores ipſos cõfiteri ſe miſeros cum ad eos impetum ſuũ fortuna conuerterit. Vtrũ diſſoluitur. ſunt enim iſta non nature vitia ſed culpe:ſtultitiam autem accuſare quãuis copioſe licet:nam & qui non leuantur:ipſi alios ad miſeriam inuitant Et qui ſuos caſus aliter ferũt: atq; vt aliis auctores ipſi ferunt: non ſunt vitioſiores:quã fere pleriq; qui auari auaros glorie cupi=

Carĩtas ordinata.

Inordĩnatus amor.

Auarus: Auariciã.

Qui auari auaros:cõmune id ferme vitiũ eſt:vt auarus dicat in auaritiam:glorioſus gloriæ cupidũ reprehendat : ingratus culpet ingratos. vnde ait ſeneca eſt illud graue vitium ingratos eſſe & intolerabile. & q diſſociet homines.ſed vſq; eo vulgare: vt illud nec qui queritur quidem effugerit.atq; inibi ex interuallo: fortaſſe inquit de quo

Qui alĩca reprẽdũt vitioſi.

quereris si te diligẽter excusseris in sinu inuenies. idẽ in epistolis moralibus ait: irascẽdũ nõ esse magister iracũdissimus disputat. Lactãt⁹ quoq; video inquit magnã partẽ eorũ: q in scola de pudore & cõtinẽtia p̃cipiãt: argutissimę eosdẽ in omniũ cupiditatibus libidinũ viuere

Duæ hoi manticæ

Aliorũ vitia cernere: huic sentẽtiæ cõgruit esopi fabula: que tradit homines duas mãticas hre vnã ante: altera retro. in priorẽ aliena vitia mitti. in posteriorẽ nostra: q̃ abscondimus & videre nolum⁹. hoc

Catullus.

Catull⁹ signat cũ ait: nemo videt manticæ qd in tergo

Persius

est & persius. vt nemo in se se tentat descendere nemo. sed p̃cedẽti spectatur mantica tergo. ob hoc dixit ora

Oratius

ti⁹. Respicere ignoto discet pendẽtia tergo. idẽ alibi in hanc sentẽtiam sic elegãter scribit cũ tua puideas oculis mala lippus inũctis: cur i amicorũ vitiis tã cernis acutũ quã aut agla aut serpens epidaurius. Seneca taxans id genus hoies p̃posteros: papulas ingt obseruatis alienas: obsiti plurimis vlceribꝰ Cõsimilis est illa euãgelica

In alieno oculo festucã.

sentẽtia: q̃ eos accusat. q in alieno oculo festucã viden tes in suo trabẽ nõ aspiciũt.

dos glorioſi reprehendũt. Est. n. propriũ stultitie aliorũ vitia cernere: obliuiſci ſuorũ. ſed nimirũ hoc maximũ eſt experimentũ: cũ cõstet ægritudinẽ ex vetuſtate tolli: hanc vim non eſſe in die poſitã: ſed in cogitatione diuturna. nã ſi eadem res eſt: & idẽ homo eſt: qui poteſt quicq̃ de dolore mutari: ſineq; de eo pp q̃ dolet quicq̃ eſt mutatum neq; de eo qui dolet. Cogitatio igitur diuturna nihil eſſe in re mali: dolori medetur nõ ipſa diuturnitas. Hic mihi afferũt mediocritates: que ſi naturales ſunt: quid opus eſt conſolatione: natura enim ipſa terminabit modum: ſin opinabiles: opinio tota tollatur. ſatis dictum eſſe arbitror egritudinem eſſe opinionem mali præſentis:

Si eadem res eſt: exemplo res inſtruenda eſt vt magis colliqueſcat: amiſit pater filiũ. angit mœret cruciatur: dum iactura eſt recens: mox egritudo illa vetuſtate vel tollitur: vel lenit. & tũ eadem eſt orbitas vltimo die: que fuit primo. ita filio caret poſt decem annos: ſicut carebat a funere: nihil de eo propter quod dolet mutatum eſt. ex quo colligit Cicero egritudinem ſi eſſet naturalis debere eandem continenter permanere: nec vllo tempore imminui: ſed cum dies conterant oẽs mœrores ex hoc rõcinatur. omnẽ vim egritudinis ex opinione naſci non ex natura. Nihil eã mali: ſenſus eſt. cogitationẽ diuturnã qd nihil ſit in re mali: eẽ p̃ medela doloris ac fomẽto nõ ãt ipſã diuturnitatẽ. Me

diocritates:tanq̃ mediocriter dolendũ sit:& modice mœrendũ: peri patetici.n.affectus nõ tollũt vt sepe dictũ est: sed temperãt. Egritudinẽ suscipere:tanq̃ ex officio sit dolere:& tristitia angi: vt si pater amisit filiũ in egritudine sit:& in egritudine esse debeat ex officio:pinde ac pietas & affectus paternus:hoc exigant ac deposcãt in tantũ vt q in tali casu nõ doluerit existimeẽ culpabilis ipius in officioſus. Opinio recẽs: interp̃tatur zeno opinionẽ mali recẽtẽ intelligi nõ solũ illã: q̃ tũc est recẽter exorta: sed & illã: q̃ viriditatẽ q̃dã retineat q̃uis vetusta & diuturna sit:exempli causa. Recens opinio luctus fuit in octauia augusti sorõr.post obitum marcelli filii: que talis per omnem vitam fuit: qualis in funere: huic erat quotidie opinio illa recens doloris.cũ ita mœreret lõgo interuallo: post filii mortem:sicut luxerat die funeris.idem de arthemisia dici potest que maritum mausolũ amasse fert supra omnis amorũ fabulas vltraq̃ affectionis hũanæ fidẽ. mausolus aũt fuit rex cariæ:velut q̃dã græcarũ historiarũ scriptores dicũt satrapes:idest prefectus.maritus & frater artemisiæ:q̃ illo defuncto iperiũ habuit: illiq̃ sepulchrũ extruxit illud memoratissimũ dignatũq̃ nũerari iter septẽ oium terrarũ spectacula: a quo oia sepulchra p̃ciosa ex nomine eius mausolea nũcupant. vt docet diu⁹ Hieronym⁹ libro primo cõtra Iouinianũ:& nos in cõmẽtariis Proptii & Suetonii affatim retulim⁹: ar themisia tabæ cõsũpta est vt ait Strabo ,ppter luctũ:quẽ ex viro sũpserat:q̃ prius luctu atq̃ desiderio mariti defuncti flagrãs:ossa cinerẽq̃ eius cõtusa in pulueris faciẽ aquæ indidit ebibitque: Et ita mausoli mariti viuũ ac spirãs sepulchrũ fieri cõcupiuit.auctores Geli⁹.Valeri⁹ Plinius.cæteri. Halicarnasi:ciuitas est cariæ:regia principũ: q̃ prius zephyra dicebatur: vbi est mausoleum & salmacis fons: ex halicarnasa fuit Herodotus historicus:item Heraclitus poeta:& Dionysi⁹ scriptor antiquitatum: Quotidie recens: vt singulis diebus maritum

in qua opinione illud insit:vt ægritudinẽ suscipere oporteat. Additur ad hanc diffinitionẽ a zenone recte:vt illa opinio præsentis mali sit recens. Hoc autẽ verbũ sic interpretatur: vt nõ tantũ illud recens esse velit:quod paulo ante accidẽrit.sed quãdiu in illo opinato malo vis quedã insit & vigeat & habeat quandã viriditatẽ:tandui appellatur recẽs: vt arthemisia illa Mausoli cariæ regis vxor:quæ nobile illud Halicarnasi fecit sepulchrum: quãdiu vixit:vixit in luctu:eodẽq̃ etiã confecta contabuit. huic erat

Opinio recens.

Recens luctus in octauia

Amor arthemisiæ in maritũ Mausol⁹.

Mausoleũ inter septẽ spectacula.

Halicarnasus.

amittere videretur talisq; esset per omne tẽpus vitæ: qualis fuerat in funere defuncti. Aut ad aliã traducere sicut amor lenit̃ translatus trãs fususq; ab amica in alterã amicã: sic egritudo supprimitur aut sedatur si ad aliã egritudinẽ traducta sit: sic medici aiunt veterẽ morbũ nouo morbo emoueri ac sanari posse: in quã sententiã est illud oratianum:

Morbũ morbo tolli

emouit veterẽ mire nouus vt solet in cor. traiecto lateris miseri capitisue dolore vt letargicus hic cum fit pugil: & medicũ vrget. Malũ illud oio: vt dicat consolator ad eũ: quẽ consolatur illud nõ esse malum: qđ ille tãtopere mœret & lamẽtatur. A malis ad bona: inter epicuri cyrias doxas: ita .n. appellãtur sentẽtiæ principales & maximæ ratç: hec vna est: animũ a contẽplatu malorũ auocandũ abducẽdũq; esse ad bonorũ preteritorũ recordationẽ: voluptatũ.n. perceptarũ recordatio vt inquit epicurus beatã vitã facit. Officio fungi putet: qui mœret ob idipsum vehemẽter mœret: qđ existimat mœrorẽ illũ & luctũ esse officiosum: piũ debitũ: tãq; ita fieri oporteat: id circo debet cõsolator detrahere lugenti hanc opinionẽ officiosi doloris. Erat in tumore animus. sicut mẽbrũ qđ in tumore est & turgidũ: vitiose se habet: sic tumens animus in vitio est & morbo Promethe⁹ Aeschyli. De hoc ante dictũ ẽ: quẽadmodũ. s. æschylus tragicus poeta apud græcos tra

Cyriæ doxæ epicuri.

Tumens animus vitio.

illa opinio quotidie recens: quæ tãdeniq; nõ appellabatur recens cũ vetustate exaruit: hæc igitur officia sunt consolantium tollere egritudinem funditus aut sedare aut detrahere q̃plurimũ: aut supprimere: nec pati manare longius: aut ad aliam traducere: sed qui vnum officium cõsolantis putẽt malum illud omnino non esse: vt Cleanti placet. sunt qui non magnũ malũ vt peripatetici. sunt qui abducunt a malis ad bona: vt Epicurus: sunt qui satis putant ostendere nihil inopinati accidisse: nihil mali. Chrysippus autem caput esse censet in consolando detrahere illam opinionẽ merenti. si se officio fungi putet iusto atq; debito. sunt etiam q hæc omnia genera consolandi colligunt. alius enim alio modo mouetur: vt fere nos omnia in consolationem vnã coniecimus erat. n. in tumore animus: & omnis in eo tentabatur curatio sed sumẽdum tempus est non minus in animorum morbis q̃ in corporũ: vt Prometheus ille Aeschyli: cui cum dictum eẽt. Atqui Prometheu te hoc tenere existimo mederi rõne posse

gediã fecit noie Prometheũ:in qua inducebatur prometheus affixus caucaſo intoleraãter dolẽs:& erũnas flebiliter deplorãs. Atqui: ſed. Qui tẽpeſtiuã medicinã:ait prometheus rationẽ mederi poſſe iracũ diæ ſi tẽpeſtiuiter adhibeatur:cũ nihil ſit ſalutarius tẽpeſtiua medicina Verũ interdũ ita noxia eſt medicina intẽpeſtiuiter admota: ſicut vulnus leditur illiſu manus & tactu: vt ãt crudum adhuc vulnus medentiũ manus reformidat deinde patiẽ atq; vltro regrit:ſic recẽs animi dolor cõſolatiões reiicit ac refugit mox deſiderat & vehemẽter admotis quieſcit.

Nihil ſalubrius tẽpeſtiua medicina

iracũdiæ:reſpondet:ſi quidẽ q tempeſtiuã medicinã admouens non adgraueſcẽs vulnus illidat manus. Erit igitur in cõſolantibus prima medicina docere aut nullũ malum eſſe:aut admodũ paruũ. Altera eſt & de cõmuni cõditione vite & p prie ſigd ſit de ipſius qui mœreat diſputãdũ. Tertia ſummã eſſe ſtultitiã fruſtra confici mœrore:cũ intelligas nihil poſſe proficí. Nã Cleantes quidẽ ſapiẽtẽ cõſolatur: qui cõſolatione nõ eget. Nihil.n.eſſe malũ qđ turpe nõ ſit ſi lugẽti pſuaſeris: nõ tu illi luctũ ſed ſtultitiam detraxeris. Alienũ autẽ tẽpus docendi: & ramẽ nõ ſatis mihi videtur vidiſſe hoc Cleantes. ſuſcipi aliquãdo ægritudinẽ poſſe ex eo ipſo:q̃ non eſſe ſummũ malum cleantes ipſe fateatur. Quid enĩ dicí-

Altera.ſ.medicina De ipſius.ſ.vitæ cõdictiõe: leuat .n. mœror dũ cõſolator oſtẽdit qualis ſit cõdictio humana fluxa.ſ. quaſſa & in lubrico pẽdẽs:vel dum de priuata cõditione vitæ illius q mœret differit. Tertia.ſ. medicina. Nihil poſſe ꝓficí:ſolõ quod ante dictũ ẽ ideo dixit ſe lugere & dolere:qđ nihil ꝓficeret. Sapiẽtẽ cõſolatur:cleãtis philoſophi cõſolatio ſupuacanea ẽ vtpote ad ſolũ ſapiẽtẽ ptinẽs:putat.n.officiũ cõſolãtis eẽ:vt dicat lugenti illud nõ eſſe malũ ꝓp qđ lugeat: cũ nihil ſit malum qđ turpe

Cõſolatõ cleantis

nõ ſit:& ob hoc colligit nõ eſſe lugẽdũ ex obitu alicuius vel cariſſimí quia id malũ nõ eſt:cũ nõ ſit turpe: ſed in hoc peccat cleãtes: qđ ſapienti adhibeat cõſolationẽ:cui nulla cõſolatiõe opus eſt:alioq ſapiẽs nõ eſſet: ex cõſolatione cleãtis nõ luctus detrahitur lugẽti ſed ſtultitia:ſi illi hoc pſuaſum fuerit videlicet nihil eſſe malũ qđ turpe non ſit: qđ totũ ſtoicæ diſciplinæ eſt:verũ lugẽs ac mœrore cõfectus: cõſolãdus eſt cõſolationibus mitigatorijs:nõ autẽ docendus: an malum ſit quod turpe non eſt:illud.n.tẽpus docendi nõ eſt:ſed conſolandi: dũ recens:eſt mœror. Eũ nihil hominis eſſe: Platonis dialogi extant:

Alcibiades castigatus a Socrate Satyra Persii ex platone ducta.

quibus titulus est alcibiades siue de voto. In his socrates castigat alcibiadē tanquam nihil hominē ac imperitū nimisq; glorioſum: qđ eēt in cōtione atheniēsiū dicturus quæ: nesciret: ac disertaturus de iusto & iniusto: cū ipse iustorū atq; iniustorū insciꝰ foret: ex quo platonico dialogo ductū est totum illud persianū: hoc puta non iustū est illud male rectius illud. Denicq; tota illa satira ex Platonis archetypho formata: tradunt historici alcibiadē: a luxu: a voluptatibus a malis moribus traductū fuisse a socrate ad bonā disciplinā: q discēdi studio & sapiētiæ amore pellectus exēplo cūctis amatoribꝰ adulatoribusq; repulsis: ad socraticā disciplinā aium vertit: nusquā recedēs a latere philosophi sapiētissimi. Demissa est itaq; superbia galli. & animæ ad terrā depressiæ. erat alcibiadi ingeniū vt tucydides probusq; notificāt: ad incōtinētiā luxuriā voluptatesq; ꝓcliuiter ꝓpēsum. qđ Socratica disciplina ad frugalitatē reuocabat. Nā socrates adolescētē vt autor ē plutarchus monere & liberius accusare nō desistebat: ostēdēs nullā in eo prudētiā nullā modestiā: nullū denicq; vestigiū: esse virtutis. Itaq; eū q oēm suę vitæ cursū i molitiæ corporis ac libidinibus collocaret: nō esse hominē: sed mōstrū potius & imane quoddā aial appellādū. his socraticis castigationibꝰ Alcibiades sese afflictabat: lachrimāsq; socratē: quē cōprimis admirabat supliciter rogabat. vt sibi virtutē traderet: quā amabat. vel imaginē potius: vt ingt Plato: gerebat amoris. oli i pugna deliaca socratē in magno piculo cōstitutū solꝰ alcibiades ꝓtexit. Baiulū: ꝓ vilissimo despectissimoq; ponit græci. βαστάξοντας. vocāt quos latini baiulos appellāt: sunt autē: q onera humeris portāt: & vecturas onerū corpore suo factitāt: baiulare ē onera ferre: apud qntilianū in. vi. Ego te baiulare nō possū: q habuerint horoscopū in secūda pte tauri vt ingt Iulius firmicꝰ baiulabūt sterco ra latrinasq; purgabūt. Quid dicemus cleāte: apostropha ad cleāthē: q putat cōsolationē esse efficacissimā mōstrare lugēti nihil mali esse i re quā luget. Quid lyconis. lycō philosophus peripateticus eloquēs fuit: & i dicēdo suauis adeo: vt ꝓ lycō glycō noiaret: q dictio dulcedinē significat. Cultu & vestiū moliciæ nitidissimus: lucta & pilari lusio

mus: cū Socrates Alcibiadi persuasisset vt accepimus eū nihilominus esse. nec quicquā inter Alcibiadē summo loco natū: & quēuis baiulū interesse: cū se Alcibiades afflictaret: lachrymansq; Socrati supplex esset: vt sibi virtutē traderet: turpitudinēq; depelleret. Quid dicemus Cleātē? nū i illa re quæ ægritudine Alcibiadē afficiebat: mali nihil fuisse: quid illa Lyconis? qualia sunt: q

Alcibiades ꝓcliuis ad luxum.

Alcibiades protexit socratem.

Baiulus Baiulare.

Lycon philosophus Glycon

ne exercebaꝫ:periit podagræ morbo annos natus.lxxiiii.fuit alius lycon pythagoricus. Alius versificator:alius epigrāmatarī⁹:hic de quo loqmur philosophus pipateticæ sectæ assectator ægritudinē moueri aiebat ex incōmodis fortunæ tantū & corporis: animi mala excludebat:ex quo arguitur a Cicerone:ostēdēte alcibiadis exēplo: egritudinē ex animi quoq; malis vtiusq; cōstare. Nō tibi hoc soli: hæc ē cōsolatio illa vsitatissima: vt cōsolātes dicamus lugēti:nō illi solū id cōtigisse:sed aliis inumerabilibus nec primū nec vltimū talia ppessuꝫ:tāquā solatiū sit lugētis turba lugētiū: in quā sentētiā ē illud ex sene cæ tragedia. Dulce mœrēti popul⁹ dolēdū. Vt tulerit qsq; in cōsolādis lugētib⁹ debet cōsolator allegare exēpla eorū:q cōsimiles erūnas aio subnixo tulerūt:sicut seneca dū cōsolaꝫ polypiū in solabiliter raptode fratre dolētē:refert exēplū africani:q mortuū fratrē tā magno animo desiderauit: q̄ defēderat:memorat emilianū qui adolescētul⁹ ac ꝓpemodū puer spectauit fer̄ iūcta duorū fratrū funera: & tamē tāto aio tulit illā subitā familiæ suę vatistatē:quāto debuit ferre vir i hoc nat⁹: ne vrbi romanę aut Scipio deesset aut Carthago supesset: pcēset ēt duoꝝ loculloꝝ direptā morte cōcordiā:hęc aūt efficacissima sūt fomēta ad mœrorē lenīēdū tollē dūue:cū hoies malint exēpla q̄ verba:qa loq facile ē: p̄stare difficile.

Nō tibi hoc soli

Dulce mœrenti populus dolēdū

African⁹ fortiter tulit obitū fratris Exēplū emiliani

Malunt exempla q̄ verba

Ad tēpus egritudinis: In ipso mœroris momēto:& hora vix cura tio chrisippi pōt adhiberi:cū aius in tumore recēti collocat⁹ tales medelas asperneꝫ. Dicebat autē chrisipp⁹ in cōsolādo detrahēdā eē mœtēti opinionē illā officiosi debitiq; doloris. Nō semp vtimur eodē

De statu siue cõstitutione

statu. M. Tul. Quintilianꝰ: fortunatianꝰ: martianus cæteri doctores rhetorici tradũt: In causis potẽtissimũ esse statũ siue cõstitutionẽ. Est autem status prima vt quidam dixerunt causarum conflictio: vel vt sentit Quintilianus: quod ex prima cõflictione nascitur exempli causa. Intentio est: fecisti homicidiũ: depulsio est: nõ feci quæstio an fecerit: hinc cõstituto fit coniecturalis: fuerũt: qui duos tã status facerent: fuerunt qui quatuor: non defuerunt qui sex: obtinuit sententia eorũ qui tres status generales esse dixerunt coniecturalem iudicialem. finitiuum: in rhetoricis ad herennũ: pro finitiuo legalem inuenies: cui finitio subiungitur: tanq̃ generi species: vt igitur in causa nõ semper vtitur Orator eadem constitutione siue statu: sed prout causa deposcit modo cõiecturalis: modo iudicialis: modo finitiuꝰ adhibetur: sic ad egritudinẽ lenienda non semper eadem cõsolatione vt oportet: sed causa & persona merentis cũ primis spectanda est: quoniã non eadem omnibus sunt accommodata: Alius exẽplis mouetur. Alius rationibus. In alio efficax erit epicuri: i alio Chrysippi cõsolatio: vnicuiq̃ .n. sui mores sunt: suum ingenium: sua natura: quibus cõsolator consolationes ita accommodauit: vt orator causæ status siue constitutiones accõmodat. Nihil opinione affingatur sapiens opinione non ducitur: vt lugeat: vt ingritudinẽ sit. non se luctu confecit: quia opinetur ita fieri oportere. Iã. n. ante dictũ est opinionẽ existimari fontẽ & originẽ ac causam nõ solũ tristitiæ: sed reliquarũ quoq̃ perturbationũ: quibꝰ sapiẽs nõ assentitur: nec cedit: cui nihil malũ vi-

Cõiectu-ralis.

Legalis

Iuridicialis.

trouersiarum genera: sed ad tẽpus controuersiæ naturam ad personam accõmodamus: sic in egritudine lenienda: nam quã quisq̃ curationem recipere possit: videndũ est: sed nescio quo pacto ab eo: q̃ erat a te propositũ: aberrauit oratio. Tu. n. de sapiẽte quæsieras: cui aut malũ videri nulli potest: quod vacet turpitudine: aut ita paruum malum: vt id obruatur sapientia: vixq̃ appareat. qui nihil opinione affingat: assumatq̃ ad ægritudinẽ nec id putet esse rectũ: se q̃ maxime excruciari: luctuq̃ cõficiꝰ: quo prauius nihil esse possit. edocuit nõ ró vt mihi quidẽ videtur: cũ hoc ipsũ proprie nõ quereretur hoc tẽpore ne quidẽ vllũ esset malũ: nisi q̃ idẽ dici turpe posset: tũ vt videremus quicquid esset in ægritudine mali: id nõ naturale esse: sed voluntario iudicio: & opinionis errore cõtractũ. Tractatũ est autẽ a nobis idge

detur:niſi qđ turpe ſit. Eſt oium maximũ:triſtitia ſiue ęgritudo iter ceteras pturbationes potẽtiſſima ẽ:q̃ lãcinãt p̃cordia ex ẽ animũ: torquet hominẽ:& plane carnificina ẽ. Certa q̃ de pauptate hec tãq̃ ſpecies generi ſubiciũt:vt de pauptate dicere:de vita inhonorata.de exilio:& cæteris calamitatib⁹:q̃ oia afferũt egritudinẽ. Vita ĩ gloria:tutior ĩterdũ & beatior ẽ vita ĩ gloria:q̃ gloriosa.hinc illud votũ tragici poetæ Me metellus lare ſecreto tutoq; tegat:apud virgiliũ Mauult ille mutas agitare inglorius artes:qdã vitã inhonoratã exiſtimãt eẽ ſupplicĩũ:vnde fit vt ambiant: rogẽt ſupplicẽt: iniurias & cõtumelias nõ paucas perferãt: vt ad honores cupitos exãbitoſq; aliq̃n peueniãt: hinc a cipriãno dictũ ẽ vere ac decẽter:faſcib⁹ ille oblectatus & honoribus: eẽ priuatus & inglorius nõ põt:hic ſtipatus cliẽtũ cuneis frequẽtiore comitatu:officioſi agminis honeſtatus penã putat eẽ cũ ſolus ẽ. In ſingulos libros:vt ſingulati ſeparatimq; diſputẽt:de exilio:de cecitate:de pauperta-te:& reliquis. quarũ rerũ ſingularũ ſunt propriæ conſolationes. Opus querũt. ordo eſt: opus querũt delectationis:q̃q̃ & ſũt diſputationis:ſenſus eſt: querunt talia ſcribendo delectare:q̃uis & talia diſputationibus plane conueniant: qui tollit egritudinẽ imitatur medicũ corpori medentem: qui nec minimam quidem partem omittit: quum curet. Si quid tenebrarum offudit exilium: Exilium vt definit Seneca in libro de conſolatione: ad albinam: eſt loci commutatio: hanc autem loci commutationem ſequuntur incommoda:ob que:vt

nus egritudinis q̃ vnũ eſt omniũ maximũ: vt eo ſublato reliquorũ remedia: ne magnopere querenda arbitraremur. ſunt .n. certa quæde pauperta te:certaq; de vita inhonorata & in gloria dici ſoleant.ſeparatim aũt certe ſcholę ſunt. de exilio de interitu patriæ: de ſeruitute. de debilitate: de cecitate: & de oi casu.in quo nomẽ poni ſolet calamitatis:hęc greci in ſingulas ſcholas & in ſingulos libros diſpertiunt. Opus.n. querũt: quãquã plane diſputationis ſunt: delectationis. & tamẽ vt medici toto corpore curãdo minimę etiã parti ſi condoluit medẽtur. ſic philoſophia cum vniuerſam ægritudinẽ ſuſtulerit:tamẽ ſi quis error aliũ de extitit:ſi pauper tas momordit:ſi ignominia pupugit:ſi quid tenebrarũ offudit exiliũ aut eorũ q̃ modo dixi ſi qđ extitit: & ſi ſingularũ rerũ ſunt ꝓprię cõſolationes: de qbus audies tu qđẽ

Vita in gloria,

Exãbiti honores

Exiliũ qđ

detur exiliū esse res miſera: calamitoſa: quo claritudo fœlicitatis obſcureť: veluti: tenebris offuſis: ſed cū naturalis q̄dā ais mortaliū irrita tio iſit cōmutādi ſedes: trāſferēdi domicilia: atq; pegrinādi: nō video qd tātū mali i se cōtineat exiliū: qđ quaſi pegrinatio q̄dā est & cōmutatio loci: quē quotidie infinita multitudo cōmutat. M. Tul. i orōne p

Exilium

Profugiū nō ſuppliciū

au. cecina. exiliū ingt ſuppliciū nō est: ſed ꝓfugiū: portuſq; ſupplicii nā qui volūt pœnā aliq̄ ſubterfugere: aut

Solū vertunt.

calamitatē eo ſolum vertūt hoc est ſedē ac locū mutāt: Itaq; nulla i lege nr̄a repieť: nec apud cęteras ciuitates: maleficiū vllū exiliū eē multatū: ſed cū oēs vicla neces ignominiaſq; vitāt: q̄ ſūt legib⁹ cōſtitutę: cōfugiūt: q̄ſi ad arma i exiliū, ite i or̄one

Exul nomen calamitatis.

ꝓ domo ſua exulē ait nomē eē calamitatis nō turpitudinis: vbi āt turpitudo nō est malū eē nō pōt. ex ſtoicoꝝ decretis. Q đ fruſtra ſuſcipiať: egritudo fruſtra ſuſcipiť cū mœrēdo lugēdoq; nihil

Nihil ꝓfuturum.

ꝓficī poſſit. Ideoq; ait ſenęca: illud te nō minimū adiuuerit: ſi cogitaueris nihil ꝓ

Dolorem

futurū dolorē tuū: nec illi quē deſideras: nec tibi: nā ſi qcquā triſtitia ꝓfecturi ſum⁹: nō recuſo qcqd lachrymarū fortunæ ſupfluī: tuæ fundere. Cōtractiūculæ: quaſi pūctiūculæ q̄ naturales ſunt contractio

Contractio ai.

.n. animi est ex mœrore: ſicut cōtractio frontis ex triſtitia. Q đ cū ſapiētia eē: ſi inſapiētē egritudo nō cadit: nō pōt eē cōtuberniū egritudinis & ſapiētię vbi. n. ille ē hæc nō adeſt: vbi hęc adeſt: illa abeſt.

Regulæ grāmatices rancidæ.

Atqui: ſed. Quā multæ: grāmaticæ regulæ: q̄ interdū fetutinæ ſūt & rancidæ. dicerēt ꝓ multæ q̄ plurimæ. vel ꝓ quā multæ: ſed q ſerunt

Quā magnus Per q̄ maximus

elegātiæ vtrūq; ꝓ loco decēter vſurpat: ſic cæſar: mūdiſſimus elegātiſſimuſq; ſcriptorū dixit: q̄ magnū nūerū iumētorū atq; hominū intercipiūt: ſic. Q. curtius inter claſſicos ſcriptores ſpectatiſſimus ait: ꝓ q̄ maximo pōt exercitu compato. Trūco euerſo: pſtat in trāſlatione arboris: noie trūci ſignificās ægritudinē: noie ſtirpiū & radicula-

legendū. Ait enim verba nouari. quæ ab eo qui dicit ipsa gignuntur: aut fiūt: vel conīugendis verbis: vt tū pauor ſapientiā omnē mihi exanimato expectorat: mox ſubiūgit docens iſtud verbū expectorat nouū eſſe. & ex coniūctione factū: ſicut illud: baccarū vbertate incurueſcere: qua ſententia cōmouemur: id quod in prima tuſculana dictū eſt: Incurueſcere

quo illud Enni. Tum pauor mihi ſapientiā omnē extra animo expectorat. Exanimationē metū ſubſequētem: & quaſi comitē pauoris. Conturbationē metū executiētem cogitata. Formidinē metū permanētem. Voluptatis autem partes hoc modo deſcribūt. Vt malīuolētia ſit voluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo. Delectatio voluptas ſuauitate auditus animū deliniens. Et qualis eſt hæc auriū: tales ſunt oculorū & tactionū: & odorationū: & ſaporū: quæ ſunt omnes vnius generis ad perfundē dū animū: tāq illiquefactæ voluptates. Iactatio eſt voluptas geſtiēs & ſe efferens inſolentius. Quæ āt libidini ſubiecta ſunt: ea ſic definiūt Vt ira ſit libido puniendi eius qui videatur læſiſſe iniuria eſcandeſcētia autē ſit ira naſcens & modo deſiſtēs. quæ thymoſi græce dicitur.

rami baccarum vbertate incurueſcere. vſurpari a Cicerone tanq alienū: & ex vetuſto poeta trāſcriptū. Exanimationē: iter exanimatū: & exanimū hoc itereſt. docente Donato exanimatus eſt cōterritus & cōturbatus exanimus eſt occiſus apud eruditos vſurpatiue poni īuenies exanimatū p exanimo. exanimem p exanimato. Tactionū: tactus: quīq ſenſuū voluptates intelligit Plautus. quid tibi hanc tactio eſt. Iactatio: auguſtin⁹ in. xiii. ait iactantiā eſſe libidinē dominandi: iactare eſt ambitioſius gloriari: firmicus maternus refert in primo matheſeos hiſpanos eſſe iactantie animoſitate prępoſteros. Vt ira ſit: ſupra dictū eſt irā eſſe pœnæ cupiditatē: ſiue vlciſcēdi libidinē: ariſtoteles ait irā eſſe cupiditatē doloris reponēdi. Excandeſcētia: Apuleius: in libris de dogmate platonis: excandeſcentiā appellat eam animæ partē: quæ irritabilis eſt: habēs domicilium in corde: quam alio nomine: iraſcentiam nominat: quæ iracundia a Cicerone dicta eſt in prima tuſculana: de loquitur Plato in timeo θυμωστσ. græce animum: iram furorem ſignificat: vt docet Plato in cratylo. a feruore & impetu animæ ducto vocabulo Macrobius prima inquit anime pars eſt ratio quam logiſticon appellant: ſecunda animoſitas quam thymicon vocāt: tertia cupiditas quæ epi-

Exanimatus
Exanim⁹
Tactio
Iactatio.
Hiſpāorū iactantia.
Ira
Excandeſcētia
Thymos
Logiſticon.
Thymicon

Epithymicon.

thymicon nũcupatur. Inimicitia Caius. Cæsar in libris quos ad M. Ciceronẽ de analogia conscripsit: pluratiuo semper numero dicẽdas putat inimicitias: sicut arma & mœnia: & comitia: sed plerique veterũ & cũ primis quintus ennius. επικως .i. singulariter: dixit inimicitiã sic scribens: eo ingenio natus sum amicitiã atq; inimicitiã in fronte

Inimicitia.

prõptam gero: verbũ vetus

Inimicarẽ

est inimicare quid significat inimicos facere: quo vsi sunt: Oratius: & Papinius.

Indigentia indignus pauperi proximus est: cũ semp indigeat rerum expetitarũ.

Categoremata:

Categoremata dialectici appellant: Aristoteles & ceteri græci categoricas: & categoremata appellant: quæ latini predicamenta & propositionum quædã a dialecticis categoricæ nominantur: quas predicatorias latine dicere possumus. Aristote. decem elemẽta constituit circaq; versari videatur omnis quæstio: ousiam ideſt essentiam: qualitatem: quantitatẽ: ad aliquid agere: pati: vbi: q̃do: situ habere: ex hoc nouissimo elemento dictũ est habere diuitias capere honores ideſt magistratus sicut vestigiũ esse: armatũ esse: anulatũ esse. Syncategoremata dicunt dialectici signa vt omnis nullus quidam aliqs.

Decẽ elementa.

Categoria.

Quidam Aliquis.

καθηγορεω græce significat accuso: & prædico. καθηγορια accusatio & prædicamentũ. καθηγορος accusato. De quodã: quidã significat aliquid certi: aliquis nihil certũ determinat: hinc illud plauti: edes aliquid: nolo hercle aliquid certũ quam aliquid maliuolo. Intemperantiã: Aristoteles in tertio ethicorũ circa corporis voluptatem existere ait tẽperantiam: & intemperãtiã: qui visu delectantur veluti formositate: & qui auditu vt cantu: eos neq; tẽperantes recte dixeris neq; intẽperantes: nidore vero epularũ gestire intẽperantis est. Græci homines appellãt intẽperatos incontinentesq; eos: qui sese dediderunt duabus belluinis voluptatibus: gustatus scilicet & tactus quæ solæ cõmunes sunt hominibus cũ bestiis: & iccirco in pecudũ ferorũq;

Intemperantia.

Intẽperãtes

Odiũ ira iueterata. Inimicitia ira vlciscendi tempus obseruas. Discordia ira acerbior intimo odio & cor de cõcepta. Indigentia libido inexplebilis. Desideriũ libido eius qui nondũ adsit videndi. Distingũt ille ludetiã: vt si libido earum rerum: que dicuntur de quodã aut quibusdam: quæ categoremata dialectici appellãt vt habere diuitias: capere honores. Diligentiã libido rerum ipsarũ est: vt honorũ: vt pecuniæ. Omniũ autem perturbatio nõ fõtem esse dicunt intẽperantiã: quæ est a tota mente: etiã a recta ratione defectio: sic auersa a prescriptione rationis: vt nullo modo appeti

animalium numero habetur: quis quis est his ferinis voluptatibus per uinctus: quemadmodū tēperantia omnibus in rebus expetenda est: ita intemperantia fugienda: bestias neq; temperatas neq; intēperatas dicunt nisi per similitudinē: intemperantē intēperantiæ suæ non penitet: incontinentē penitet incontinentiæ: Intemperantia hydropisi & phthisi similis est. Incontinentia vero epilepsiæ: illa enim continua: hæc vero tēporaria improbitas: est præceptū pythagoræ est fugādam esse a rebus omnibus i intemperantiam. Aut pituita redundat: quod græce flegma dicitur: latini pituitam vocant: cuius domicilium est vt inquit Augustinus: in. xi. in capite: scribit Plato in timeo: pituitā originem esse langorū omniū: qui ex distillatione fiunt: ex eaq; gigni malas valitudines plurimas: quoniā plurima loca illabitur: quecunq; autē partis corporis tumescere dicuntur a bilis incendio & combustione vexātur: q̄ cū expirat extrisec⁹ varios exitu suo tumores ꝓducit: itrisec⁹ vero cohibita: vrentes edacesq; morbos procreat: tunc aūt pessima quādo puro sanguini mixta ligaminum fila suo ex ordine dimouet: & interdum penetrat in medulas: adustisq; radicibus: inde animæ vincula quasi nauis funes resoluit & amputat: pro locorū autem varietate: bilis appellatur citrina nigra: que græce melancholia: prasina hoc est viridis. Rubens: vitellina: adusta: super qua re Galenus Auicēna Albertus magnus: & schola medicorum non parum multa conscripserunt. Idem plato pituitam acidem nuncupari refert salso sapori commixtam. Albam vero pituitam appellat eliquationem carnis tenerioris vna cū spiritu factā: q̄ ex humiditate vēto circūfusa tumescit: idē Plato platonicusq; apulei⁹ auctores sunt causā primā morboꝝ esse: si ipsę elementorū qualitates: ex qbus cōpactū est corpus videlicet humida & sicca: calida & frigida non cōgruāt. Præterea si sanguis corrupt⁹ sit: si flegma redūdat: si cholera imodica exuberat morbi gignūtur. Dixit Oratius in primo epistolarū p̄cipue san⁹: nisi cū pituita molesta ē. Vbi expōit porphirio nisi catarros ipedit: tāq; pituita idē sit qđ catarr⁹: q̄ dictio græca ē κατappεo græce đfluo. κατappoσ fluor: &

Phlegma Pituita.

Bilis Citrina. Parsina bilis - Acida pituita.

Alba pituita Causam morborū

Catarrus. fluor.

Pituitosus

distillatio nominatur: a pituita pituitosus deriuatur quē græco vocabulo vsitatissimo flegmaticū vocāt. M. Tulli⁹ in libro de fato: in aliis esse pituitosos & quasi redūdātes. In aliis exsiccatos atq; aridos. Aelius pituitā dici affirmat: quia petat vitā. Cuius ethymologiā ridet Quintilianus in primo. Ipsarū repugnantia: repugnant metus & cupiditas leticia & egritudo.

Morbi

Morbi conficiūtur: morbi sunt iueterata vitia & dura: vt auaritia: vt ambitio nimia. Morbus est vt inquit Seneca vitiū in prauo pertinax. tāquā valde expetēda sint: quæ leuiter expetenda sunt.

Affectus

Affectus sunt motus animi iprobabiles subiti & cōcitati: qui frequētes & neglecti fecere morbū q̄pluri

dat: aut bilis in corpore morbi: aut grotationesq; nascūtur: sic prauarum opinionū conturbatio: & ipsarū inter se repugnantia sanitatem animū spoliat: morbisq; pturbat. Ex perturbationibus autē primū morbi conficiūtur: quæ vocant illi ροσημματα. ea quæ sunt eis mor-

mū profecere extra morbos sunt: est quoddam genus hominū extra multa & magna vitia: sed nō extra omnia: effugit auaritiā: sed irā adhuc sentit: nō sollicitat libidine: sed ambitionē adhuc sentit: nō cōcupiscit: sed adhuc timet: mortē contēnit: dolorē reformidat. ille sanus cōsequitur qui inter pessimos nō est. ροσημματα. græce ροσεω dicit egroto. ροσοσ morbus: ροσημμα egritudo: & morbus ροσιμοσ egrotus. ροσημματικοσ valitudinarius. Hieronymus

Nosema
Nosos
Nosematicus

Nosocomion interp̄tatur languētiū villā: q̄d domiciliū est lāguētiū: ibiq; egrotātes aluntur: vulgo hospitale noīatur. Verba Hieronymi ex epithaphio fabiolæ hæc sunt: primo omniū nosocomion. i. languentiū villā instituit: in quo egrotātes colligeret de plateis: & cōsumptos lāgoribus atq; inedia miserorū mēbra refoueret.

Nosocomion

Correcta. Verba ex decretis canonicis

In decretis canonicis: vt hæc quoq; trāscūtur attingā. xxiii. q. viii. Verba legūtur corrupta scripta: corruptius explicata: corruptissime enūciata: quæ ita legēda sunt & corrigenda. Xenodochia. brethotrophia hieroconia: est enī Xenodochiū locus publicus quo peregrini & hospites hospitaliter recipiūtur. ξεροσ græce hospes. Δοχειον receptaculū. Xenia munera sunt hospitalia: de q̄bus victruuius in. vi & epigrāmatarius poeta: & iurisc̄onsulti: titulo de officio ꝓconsulis: q̄q̄ exenia illic perperā legatur. Hieronymus. Xenodochiū in portu romani situ totus pariter mundus audiuit brephotrophia sunt quæ vulgi dicimus hospitalia parua lorū: q̄bus infantes expositicii alūtur. quale est apud nostrates illud ad diui proculi: βρεφοσ græco vocabulo: infans nominat: & τροφη educatio: hierocomion locus est quo leprosi aluntur: quale est apud

Xenodochium
Xenia
Brephotrophia
Hierocomion.

nos ſub titulo diui Lazari. & Bartholomei: hiera enim græce lepra latine & κωμη villa. Morbis cõtraria: vt mulierositati odium mulierum. Egrotationes: cũ egrotatio proprie ſit in corpore: ſicut egritudo: animo tamen & egrotationes ai dicuntur: quæ ex quodã metu naſcuntur earũ rerum: quas fugiunt & oderunt. αρρωστηματα. αρρωστεω. græce ſignificat egroto. αρρωστεια egrotatio. Idem το αρρωστημα & αρρωστος egrotus nominatur. Cõtrariæ offenſiones: vt inhoſpitalitas: quæ opinio eſt vehemens: valde fugiendũ eſſe hoſpitem: de offenſionibus mox plura & aperti⁹. Morborum animi ſimilitudo: ſicut virtutes in corpore eſſe dicuntur conſimiles animi virtutibus: Itẽ ſimilitudo ẽ inter morbos corporũ & animorũ: vt vitiũ dicitur corporis ſic animi: vt egrotatio in corpore ſic in animo: ſic ecõtrario in corpore eſt velocitas pulchritudo: vires: ſic eadem animo dicuntur: quin etiã in decretis canonicis. Di. xlviiii. vitia corporum ad animũ tranſferũtur: ſicut cecus: claudus mancus lippus: giboſus: impetiginoſus: quæ vitia qui habuerit: panes deo & ſacrificium offerre prohibetur: quæ Grægorius in paſtorali tropologice tranſfert ad animũ: vt cecus intelligatur: qui ſuperne lucẽ contẽplationis ignorat. Claudus q̃ infirmitatẽ mẽtis: vitæ viã pfecte tenere non valet: & ad ſtatũ virtutis non erigitur. Gibboſus vero quẽ terrenæ ſollicitudinis pondus deprimit: ne vnquam ad ſuperna reſpiciat: lippus qui carnalibus operibus obſcuratur: impetiginoſus: quiſquis auaritia vaſtatur in mente: que impetigo: ſi in paruis nõ cõpeſcit nimirũ ſine menſura dilatatur: illud annotandũ: quod cecũ animal ille offerre dicitur deo qui ordinat indoctũ: quo vitio nullum fœdius eſt maxime in religioſis: & religioſam doctrinã adminiſtrantibus: q̃ vt

bis contraria: quæ habent ad res certas vitioſam offenſionẽ: atq; faſtidiũ. Deinde egrotationes: quæ appellantur a ſtoicis αρροστηματα: hiſq; item oppoſite contrarie offenſiones. Hor loco nimiũ opere conſumitur a ſtoicis maxime a Chryſippo: dũ morbis corporum cõparatur morborũ animi ſimilitudo. Qua oratõe minime neceſſaria pretermiſſa ea que rẽ continent pertractemus: intelligatur igitur perturbationem iactãtibus ſe opinionibus inconſtanter & turbide in motu eſſe ſemper. Cum autẽ hic feruor cõcitatioq; animi inueterauerit: & tãquã in venis medulliſq; inſederit: tũm exiſtit & morbus & egrotatio: q̃ offenſiones hæ: que

Aroſte mata.

Vitia. corporis ad animũ

Cecus

claudus

Gibboſ⁹

Lippus

Impetigi noſus

Cõtra indoctos

inquit leo: si in laicis videtur intolerabilis: quāto magis in his qui p̄sunt: nec excusatione est digna: nec venia. Nūc sacerdotes nostri temporis: pro psalterio dauitico canūt erotica hoc est amatoria p lectiōe euangelii lusorias cartulas diligētissime reuoluūt: pro apostolica doctrina callent artē tesseratiā: quos si latine loqui audias: non latialiter loqui: sed pedere diiudicabis: qui vix tria verba iūgere mulieri poterūt: in quorū labris scatent barbarismi: & solecismi Doleo mecū ipse subinde: cū audio nōnullos latina verba tā male p̄nunciantes: vt credas eos barbarica & cū stridore anhelātia verba p̄ferre. Cōtinuo statim. Permanat: descendit penetrat. Mulierositas: cupiditas muliebris voluptatis: mulierosos & mulierarios vocāt cupidos appetētesq; mulierū. Iulius capitolinus de clodio albino scribēs ait mulierari? fuit inter primos amatores Auersæ veneris sē per ignarus & taliū persecutor auersa autē venus significatur coitus præposterus & puerilis: qui infandus est & execrabilis. φιλορυρεια. i. amor mulierū. μισογυρεια odiū mulierum: quale fuit in euripide tragediarū scriptore: qui mulieres fere oēs. In maiorē modū exorsus fuisse dicitur siue qđ natura abhorruit a mulierū cetu: siue qđ simul duas vxores habuerat: quarū matrimonii ptedebat: cuius odii in mulieres. A. Gellius & aristophanes meminerūt. De timone: timō athenīensis: quē antiqui scriptores ob nature aspernitatē inhumanū ac inhospitalē appellant. qui dictus est misanthropos. i. osor hominū fugit hominū cōgressus colloquiaq; omniū: p̄tervntus alcibiadis: interrogatus ab Apemantho quid ita solū alcibiadē diligeret: amplecte returq;: respondit: ideo se adolescentem amare: quod intelligeret illū malorū causam athenīensibus futurum ferunt illum aliquādo athenis In contentionē venisse factoq; silentio & expectatione magna dixisse Est mihi o viri athenīenses: post domū pusillus hortus: & in eo ficus ex qua per multi iam ciues sese suspēderūt. In eodē ego nūc loco edificium facturus sum: quāobrē cōstitui publice referre: vt si sint ex vo-

Pro psalterio erotica.

Mulierositas

Mulierosi

Mulierarii

Auersa ät venus

Euripides osor mulierū.

De timone pulchra

Misantropos

sunt eis morbis egrotationibusq; contrariç. hæc quæ dico cogitationē quidē inter se differunt: re vero copulata sunt: eaq; oriūtur ex libidine & letitia. Nā cū est concupita pecunia: nec adhibita cōtinuo ratio: quasi quedā socratica medicina: que sanaret eā cupiditatē permanat in venas: & inheret inviscerib⁹ illud malū: existitq; morbus & egrotatio: que auelli inueterata nō possunt. eiq; morbo nomē est auaritia. similiterq; ceteri morbi vt glorie cupiditas: vt mulieros-

bis:qui vellit se suspendere:id agant anteq̃ arbor succidatur:in sepulchro eius inscriptum fuit hoc epithaphiũ:quod ipse sibi fecit:hic sum post vitam miserãq; inopẽq; sepultus: nomen non queres: dii lector te male perdant.M. Antonius domũ alexandriæ sibi constituxit in recessu semotam quam timonium appellauit a solitudine timonis:tanq̃ in ea domo acturus solitudinem timoniã. Victuruscq; instar timonis: sequestratus a commertio vsuq; mortalium:fuit alter timon philosophus. amarulẽtus & mordax sillographus:ideſt scriptor sillorum: dicuntur autem σιλλοι dicacitates & sales:huius autẽ testimonium ex sillis identid em citant eruditi.De hoc ait Au. Gellius: timon amarulẽtus librum maledicẽtissimũ cõscripsit qui sillos inscribitur μισανθρωπος. ideſt osor hominũ . De re non expetenda : exempli causa suadet auaritia pecuniam esse valde expetendam.Cum tamen non sit expetenda & apud philosophos stoicos ĩ bonis non ducatur . Item mulierositas opinatur mulieres valde expetẽdas. Cũ re vera expetendæ nõ sint: ambitioni insitum est honores valde expetendos. quæ tamen res a multis non expẽtẽda censetur. De re nõ fugienda: offensio contraria egrotationibus est: quæ opinatur ea valde eẽ fugienda: q̃ fugienda non sunt: vt inhospitalitas: opinio est inherens valde fugiendum esse hospitem : qui re vera fugiendus non est : vt Misogynia: cuius opinio insita est fugiendas esse maiorem immodum fœminas : cum tamen res sit non penitus fugienda : Multaq; alia hoc genus.

Epitaphiũ timonis Timoniũ

tas: vt ita appellem eam que greece φιλοτυραια dicitur:ceteriq; similiter morbi egrotationesq; morborũ nascũtur. Quæ aũt his sunt contraria: ea nasci putãtur a metu vt odiũ mulierũ. quale in μισογυναια est: vt in hominũ vniuersum genus.quod accepimus de Timone: qui μισανθρωπος appellatur: vt inhospitabilitas est. Quę omnes egrotationes animi ex quodã metu nascũtur: earũ rerũ: quas fugiũt & oderũt. Diffiniũt aũt animi egrotationẽ opinionẽ vehemẽtẽ de re nõ expetenda: tãq̃ valde expetenda sit: inherentẽ & penitus insitam. Quod autem nascitur ex offensione ita definiũt opinionẽ vehementem de re non fugienda inherentẽ & penitus insitã: tãq̃ fugiẽda.Hec autẽ opinatio est iudicare se scire qd̃ nesciat. Aegrotationi aũt talia quedam subiecta sunt. Auaricia: ambitio: mulierositas:

Sillographus Silli

Misogynia.

Pertinax virtus:

Perulcatia: eſt peruicatia opinatio vehemens: quaſi valde perſeuerandum ſit in eo quod pertendit: diſtans a pertinatia: quod peruicatia eſt interdū bonarum rerum perſeuerantia. Pertinacia ſemper malarū: q̄q̄ apud Liuium & Senecam pertinax virtus: & pertinax bonitas dicuntur: quod laudis eſt: actius in myrmidonibus. Ego peruicaciā me vti volo: nam peruicacem dici me eſſe: & vincere perfacile patior: pertinacē nihil moror: hæc fortes ſequitur: illā indocti poſſident. Liguricio: gulæ voratrina: & opinatio vehemēs de voluptate cibaria: & ſuauiū eſcarum eſitatione quaſi valde expetenda ſit inherens & penit⁹ inſita: ligurire eſt ſuauibus eſcis bona cōſumere: ἀπο του λιγυρου deriuatū: græci λιγυρον ſuaue appellant: auctor Donat⁹ enarrans illud ex eunucho terētiana: itidē p̄ria q̄ obligurierat bona: alii a lingo deduci malūt ligurire: dixit nonius deguſtare ē abligurire multa auide cōſumere. Ora. Semeſos piſces tepidūq̄ ligurierit ios: liguritores dicūtur guloſi voratoreſq̄ eduliorū dulciorū. Macrobius autē a lucilio lupū piſcem appellari catilonem q̄ſi liguritorē: p trāſlationē in re obſcena decenter dictū eſt ab auſonio cūmlingus liguritor: cum inquit eunus ſyriſcus inguinū liguritor. Temulentia: ebrietas: & eſt opinatio vehemens de vinolentia: quaſi valde ſit expetenda: temetū priſci vinū: dixere: vnde & temulentia appellata: auctores Plinius: & Gellius. Mulieres Romæ vitā abſtemiā egiſſe: & temeto abſtinuiſſe dicuntur: ideoq̄ ait Cato propinquos fœminis oſculū dare ſolitos: vt ſentirent an temetum olerent. Cupedia: nonius marcellus allegat hunc locū: exponens cupediam pro cuditate: ſed parum ſcite expoſuit: nā cupedia non omnis cupiditas ſignificatur: ſed ad ganeam tātum refertur: & eſt lauticia ciborū: ſiue cupiditas lautiorum eduliorū quaſi valde expetenda ſit: cupedias antiqui lautiores cibos nominabant: & forum cupedinis marcellum quod ſimachus forū cupedinarius appellat: forſan a cupiditate: vel quod ibi fuerit domus cupe-

Liguritio Ligurire Liguriores.

Inguinū Liguritor

Temulentia.

Temetū

Cupedia. Cupediæ

Forū cupedinis.

Cupediarii

peruicatia: liguritio: violentia: cupedia: & ſi qua ſunt ſimiliā. Eſt autem auaritia opinio vehemens de pecunia: quaſi valde experenda ſit inhærens & penitus inſita. ſimiliſq̄ eſt eiuſdem generis diffinitio reliquarum. Offenſionū autem diffinitiones ſunt eiuſmodi. Vt inhoſpitalitas ſit opinio vehemens valde fugiendum eſſe hoſpitem. eaq̄ inherens & penitus inſita ſimiliter diffinitur & mulierum odium vt Hippoliti & vt Timonis generis humani: atq̄ vt ad valitudinis ſimilitudinem veniā: eaq̄ collatione

dinis romani equitis: vnde cupedinarii dicti: qui esculenta & poculẽ ta vendunt: super qua re: vberius explicatiusq; pscripsimus apud sue tonitũ: & in primo apulei cõmentario. Inhospitalitas: homo appellandus homo nõ est: qui hospitalitatẽ improbat: eamq; asserit expetẽdam esse cum nihil ferme sit humanius nihil homine dignius q̃ hospitalitas: quæ species est liberalitatis recte a Theophrasto est laudata hospitalitas: est enim vt Mar. Tullio videtur valde decorũ: patere domos hominũ illustriũ illustribus hospitibus: cimonis hospitalitatẽ in suos curiales celebrant: qui ita instituit: & villicis imperauit: vt omnia illis pberentur: græci Iouem appellant Xεπιορ: idest hospitalẽ: quia hospitem non negligere & hominem alienum inuitare. amicitiæ initium ẽ vt scribit Dion: Iuppiter Xenios idest hospitalis significatur illo vetsu maroniano. Iuppiter hospitibus: nã te dare iura loquuntur: ab Oui dio Iuppiter hospes pro hospitalis dictus: cũ ait stabat iouis hospitis ara in decretis canonicis. Di. xlii. præcipitur sacerdotem esse oportere hospitalem: & hospitalitatis exhortatorem. Item Di. lxxxv. hospitalitas est inquit vsq; adeo episcopis necessaria: vt ab ea alieni iure pphibeantur ordinari: atq; inibi taxatur quidã archidiaconus florentinus tenax & deparcus cuius domum nunq̃ amicus sit ingressus. Vt hippoliti: hippolitum fuisse osorem mulierum muliebrisq; cõcubitus satis liquet: & testatur Seneca tragediographus: apud quem sic loquitur hippollitus: detestor omnes: horreo: fugio: execror: sit ratio: sit natura: sit durus furor: odisse placuit. Ad alios morbos procliuiores: quemadmodũ quidam sunt procliues: & inclinati ad morbos corporum: sic sunt quidam propensi ad morbos animorũ. Dicimus hemorroicum. podagricũ non quod semper patiatur hemorroidas: & podagram: sed quod sepe sitq; ad id morbi genus inclinatior. Itẽ dicim⁹ iracundũ meticulosum: ebriosum: non q̃ semper in ira metu: ebrieta te sint: sed quod sepe: & talibus perturbationibus obnoxii: Et ita similitudo quædam apparet morborũ animi: & corporis: quod a stoicis: & maxime a Chrysippo tractatur: cuius rei supra quoq; facta mentio est. Grauedinosos. Grauedo est humor ex capite distillans: hæc vt docet Cor. celsus in quarto nares claudit vocem obtundit: tussim siccam mouet hinc illud apuleianum ex floridis: nares grauedine oppletæ: Catullus: sentire cesso quod grauedinem & tussim. Græci coryzas vocant: hippocrates distillationes omnes & grauedinẽ nominat

vtamur aliquando: sed partius q̃ solent stoici. vt sunt alii ad alios morbos procliuiores. Itaq; dicim⁹ grauedinosos quosdã: quosdã tormínosos nõ quia iã sint. sed qa

Hospitalitas. Xenios. Iuppiter. Odisse. Grauedo Coryzæ.

corizas. Inde grauedinosi dicti qui ad grauedinis morbū procliuiores sunt. Decipitur vir alioqui doctus: q scripsit in cornucopiæ. Grauedinosum dici: alio nomine torminosum: idq; probat hoc Ciceronis testimonio: qđ oppido q̄ absurdū est: cū lectio Ciceronis si recta sit grauedinosos a torminosis disiungat sicuti significatu ipso disiungūtur. sic enim verba hæc legēda sunt: itaq; dicim⁹ grauedinosos quosdā: quosdā torminosos: & ita. Mar. tullius. Alios grauedinosos dici significat: alios torminosos: a diuerso genere morborū: cum grauedo sit morbus capitis: tormina intestinorum. Non iunctū legendum est vt illi legūt. sed discretim: atq; distincte: vt nos legimus: torminosos autem dici eos: qui patiuntur tormina & ad eū morbū procliniores sunt: quæ vulgo dysenteria nominatur: nemo mediocriter doctus: ignorat. & nos supra annotauim⁹. Alii ad metū scilicet procliuiores sunt: & hi timidi dicūtur: qui distant a timētibus. cū timidis est natura sit: timens ex causa: Vnde anxii: ab anxietate dicti sunt homines anxii: nō qui semper sunt in anxietate: sed qui ad hāc perturbationem proniores sunt: & anguntur aliquando: antiqui anxietudinem dixerūt: quæ a nobis anxietas: sic. M. Tullius libro de re. pu. secundo. Anxitudo prona ad luctū: & mœrēs semper ipsa se solicitans: pacatiquius: tristitia atq; animi intolerāda anxitudine. Iracūdia ab ira differt: Donatus iracundiā ab ira: sic seiungit: vt ira sit de causa: iracundia de moribus: & de vitio multū irascentis. Seneca libro primo de ira: quo distet ira ab iracundia apparet: quo ebrius ab ebrioso: & timēs a timido: iratus potest nō esse iracūdus: iracūd⁹ pōt aliqñ nō iratus esse: idē libro. xii. epistolarū mortaliū scribit plurimū interesse: inter ebriosum & ebriū. Nā potest q ebrius est: tūc primū esse: nec habere hoc vitiū: & q ebriosus est sepe extra ebrietatē esse: sicut distat ebri⁹ ab ebrioso: ita ebrietas ab ebriositate: alterū affectionis: alterū habit⁹. Amatorē: i amatore, pcliuitas ē naturalis ad amādū. Amās vero amator & cā: amator vt inqt donat⁹ fingi pōt amās vere amat. Procliuitas: lapsio: iclinatio:, pcliuis. n., pnus inclinatusq; significat. Res non habet: vt q, pcliuis est in odiū hominū: quæ res nomen singulare nō

Grauedinosi Error in cornucopiæ.

Torminosi.

Anxitudo. Ira Iracūdia.

Ebrius. Ebriosus Procliuitas.

sæpe sint. alii ad metū alii ad aliq; turbationem procliues: Ex quo in aliis anxietas: vnde anxii. In aliis iracundia dicitur quæ ab ira differt. Est que aliud iracundū esse: aliud iratum: vt differt anxietas ab angore: neq; enim omnes anxii qui anguntur aliquando. neq; anxii sē per anguntur: vt inter ebrietatē & ebriositatē interest: Aliudq; est eē amatorem: aliud amantem. Atq;

habet. Liuidi:liuor nõ multũ diſtat ab inuidia de quo ſilius: atq; angens vtraq; manu ſua gutura liuor. Inde liuidus pro inuido ponitur & ὑποκοριστικῶς liuidulus: Iuuenalis:inuideas ſi liuidulus ſis: De liuore ait maro liuor tabificum malus venenũ:a poetis dicitur liuor edax: q vt ait Ouidius:paſcitur in viuis poſt fata qeſcit: flagelli plaga liuorẽ facit vt ſcriptum eſt in eccleſiaſtico ideſt pallorẽ vnde liuẽtia planctu brachia dixit ſili⁹:& liuẽtes ſcapulas Hieronymus: talis color in inuidentiũ ore cõſpicitur. In bonis facilitas in illis qui procliues ſunt ad humanitatẽ liberalitatẽ: ad ingenuas diſciplinas: diceẽ: facilitas:cũ procliuitas dicatur in his: qui ad aliquod vitiũ proni inclinatiq; ſunt:& ita diſtinguit. Mar. Tullius facilitatẽ dici in bonis: procliuitatẽ in malis: lapſionẽ: tãq; in malũ: nemo enim dicit recte labi in id quod bonũ eſt. In neutris:quæ neq; bona neq; mala ſunt:quę adiaphora vocãt græci:inditerẽtia noſtri. Superius nomen.ſ. facilitatis. Morbum appellant: ſabinus:labeo cæterique iuriſconſulti titulo ad edictũ edilicium ſic morbũ diffiniũt:Morb⁹ eſt habitus cuiuſq; corporis cõtra naturã:qui vſum eius faciat deteriorẽ:ſed morbũ alias in toto corpore accidere dicũt:alias in parte corporis:totius corporis morbũ eẽ:veluti phtphiſis eſt & febris partis aũt veluti cecitas:aut pedis debilitas i libris quoq; iuris peritorũ ſcriptũ eſt:morbũ & vitiũ diſtare: quod vitium perpetuum. Morbus cum acceſſu diſceſſuq; ſit.Nunc.Mar. Tullius paulum diſſidens a finitione iuriſconſultorũ ait morbum eſſe totius corporis corruptionẽ: velut febris eſt: vitium q; vero in parte corporis: veluti claudicatio & gibboſitas interdũ ẽ vitiũ corporale vſq; ad animũ perueniens eũq; vitians vt in phrenetico: fit comparatio per ſi-

Liuor Liuidul⁹.

hæc aliorum ad alios morbos procliuitas late patet.nam pertinẽt ad omnes perturbationes: i multis ẽt vitiis apparet: ſed nomen res non habet. ergo inuidi & maliuoli liuidi & timidi & miſericordes: quia procliues ad eas pturbationes iũt: non quia ſemper ferantur.hęc igitur procliuitas ad ſuũ quodq; genus ſimilitudine corporis ægrotatio dicit: cũ ea intelligat ad egrotandũ procliuitas. ſed hæc in bonis rebus q; alii ad alia bona ſunt aptiores facilitas nominet: in malis procliuitas: vt ſignificet lapſionem in neutris habeat ſuperius nomen: quomodo autem in corpore morbus ægrotatio & vitium. ſic in animo. Morbum appellant totius corporis corruptionẽ.

Facilitas in bonis.

Procliuitas in malis.

Adiaphora.

Morbus quid.

Vitium.

militudinē morboris corporis ad morbos animi:seneca morbos animi ait esse vitia inueterata & dura vt est aquaricia: affectus vero morbi animi improbabiles & concitatos. M. Tullius hoc in loco subtilius distinctius vberius cuncta partitur & explicat. Morbum cū imbecillitate. i. leuiorem morbū. Integra valitudine: incolumi sanitate vitiū in parte corporis cōspicitur vt est luscus: claudus: gibbosus: corpus. n. taliū sanū est: & integra valitudine: sed vitio deformatus. Vitiositas est habitus aut affectio: affectio est accidens qualitas: vel spōte vel studio mox destituta: nam si permaneat fit habitus: dicta affectio q̄ inficiat qualitate: & erit affecto incipiens habitus: in affectiōes inclinamur studio quodam. i. volūtate applicata i aliquas qualitates: quas diligentia cōparat facitq̄ perfectas: & habit⁹ nominatur: vt res fiat apertior: iracūdū esse habitus est: iratum affectionis: oratorem esse habitus est: & victus si in exercitatione sit: vt cicero: q assiduo studio: pseueranti diligētia. Ita rhetoricē pcepit: vt ea in eo ppetua esset: habitum cōsecutus est: & quia eius actū sibi instituit adyssū vitæ: fuit & in habitu & in victu. Affectiones vt inquit Aristoteles in secūdo ethicorū: neq̄ virtus sunt neq̄ vitia. Ideoq̄ secūdū affectiones nō laudamur nec vituperamur: græce habitus dicit̄ ἕξις. hinc illud plinianū ex epistolis: at tantā. ἕξιν studio & exercitatione peruenit. In altero in constātia: repugnātia ex hac constātia viciositatis est illud oratiānū: quid mea cū pugnat sentētia secū: qđ petiit spernit repetit quod nuper omisit: estuat & vitæ discōuenit ordine toto. Partes dissen-

Affectio habitus

Iracundū ēē habit⁹.

ἕξις.

Aegrotationem morbū cū imbecillitate. Vitiū cū partes corporis inter se dissident. Ex quo prauitas membrorum distortio deformitas. Itaq̄ illa duo: morbus & ægrotatio ex totius valitudinis corporis cōquassatione & pturbatione gignūtur. Vitiū autē integra valitudine ipsum ex se cernitur. sed rātū modo in animo cogitatiōe possumus morbū ab ægrotatione seiūgere. Vitiositas autem est habitus: aut affectio in tota vita incōstans & a se ipsa dissentiens. ita fit vt in altera corruptione opinionū morbus efficiatur & ægrotatio. in altera incōstantia & repugnātia. Nō enim omne vitiū partes habet dissentientes: vt eorū qui non longe a sapientia absunt: affectio est illa quidē discrepās a se ipsa dū est insipiens: sed nō distorta nec prāua. Morbi autē & ægrotationes par-

tientes. Idem oratius inquit pars hominũ vitiis gaudet constanter & vrget ꝓpositũ:pars multa natat. Sint ne eiusdẽ.s.vitiositatis, Manentes:inueterata vitia sunt & ptinaciter inherẽtia. vt auaritia: & iracũdia. Mouentes:leticia:cupido:metus. egritudo animũ mouẽt & impellunt:distrahũtq; varias in partes. Corporis similitudo:sicut in corpore est morbus & vitiũ sic.n.aio. Itẽ sicut corpore ẽ sanitas.pulchritudo:robur: velocitas:sic ẽt in aio earũdẽ rerũ similitudo cõspicit. Nã sapiẽs dicit esse ꝑditus ai sanitate: pulchritudine: robore:velocitate:& similibus. Sanitas sic ai:Vbi nullæ ꝓturbatiões grassant intra ai penetralia: vbi pura cõcors: iperturbata est mẽs hois:vbi illa tranqllitas est: quã Democritus euthymiã vocat: tũc sanitas ai cõstat: tũc rectũ ai seruat: tũc homo integer ẽ aĩ:nec eget medicina: apud Oratũ in sermonib⁹:sic scriptũ est: qsnã igit sanus? qnõ stultus: qd auarus? stultus & insan⁹:qd si qs nõ sit auarus continuo sanus? minime: cur stoice? dicã Tẽperantiã: q̃ appetitiones cohibet:libidinẽ frenat:& in alios nõ rectos impetus ai dominat: cui⁹ partes sunt Cõtinẽtia. Clemẽtia. Modestia. Quæ in iſipiẽtẽ cadat: Sicut i egrotũ cadit sanitas corporis:cum curatione medicoꝝ morb⁹ auferẽ:sic in insipiẽtẽ cadit q̃dã animi sanitas: cũ medicamẽtis philosophorũ:philosophiæq; q̃ aioꝝ medicina est ꝓturbatiões extirpant & vitia ex aio auferũt. Coloris suauitate:pulchritudinis corpalis duo sunt genera. In altero venustas ẽ. In alteꝛo dignitas venustatẽ mulie-

tes sunt vitiositatis. sed perturbatiões sint ne eiusdẽ partes questio est. Vitia enim affectiones sunt manẽtes: perturbationes autẽ mouẽtes vt nõ possint affectionũ manẽtiũ partes eé. atq; vt in malis attingit animi naturã corporis similitudo: sic & in bonis. iunt.n.in corpore precipua:pulchritudo:vires: valitudo: firmitas:velocitas: sunt item in animo corporis tẽperantia cũ ea cõgruũt inter se.e quibus cõstamus: sanitas sic animi dicitur cũ eius iudicia opinionesq; cõcordãt Eaq; est animi virtus: quã alii ipsã tẽperantiã dicũt esse: alii obtẽperãtem tẽperantiæ preceptis:& eã obsequẽtẽ. nec habentẽ vllã speciem suã.sed siue hoc siue illud sit in solo esse sapiente. est autẽ quedã animi sanitas quæ in insipientẽ etiam cadat: cũ curatione medicorũ perturbatio mẽtis aufertur. Et vt corporis est quedã apta figura mẽbrorũ cũ coloris quadã suauitate:eaq;

Similitudo corporis ad animũ.

Euthymia democriti

Quisnã igit sanꝰ

In insipiẽtẽ sanitas cadit

Venustas

Dignitas.

brē appellamus dignitatē virilē formæ: ăt dignitas coloris bonitate tuēda est: color exercitationib⁹ corporis vt eloq̄nter scri. M. tul. in primo de officiis: hois natura desiderat vt partes corporis valeāt: vigeāt vt nec absit qd earū: nec egrū debilitatūue sit: vt tota figura & forma & statura: pulchritudine quadā cōcinata cōueniat: huius pulchritudinis similitudo q̄dā in aīs est quādo stabilitas q̄dā & cōstātia iudiciorū opinionūq̄ cōcorditer copulāt. Aī vires nomināt: docti i doctiq̄ ppe indifferēter: hoc locutionis genus vsurpāt: vt dicāt hoiem forti aio: & viribus aī & mētis robore septū ac munitū eē sicut de corpore robusto dicimus: vires & neruos inesse in neruis ăt robur peculiariter existit. Inde dicim⁹ rē esse sine neruis: q̄ debilis est & ibecilla. Oratio sine neruis altera q̄q̄d cōposui pars eē putat. apud terētū: illud puerbiale: digna res est: vbi tu neruos intendas tuos: qđ significat oib⁹ viribus laborādū eē. Apud. M. Tullium itaq̄ contendit omnes neruos Chrysippus. Apud. M. Varronē. Aristarchei suos contendunt neruos: pro eo quod est vires omnes intendunt. Martius romanus imperator auctore iulio capitolino tanta manuū fortitudine preditus fuit: vt indigitis neruos videretur habuisse non venas. Iuuamentum neruorū est: sicuti Auicena Galenus & ceteri tradunt: vt caro corroboretur: & corpus fortius fiat: origo neruorū a corde est: vt Aristoteles aristoteliciq̄ pertinaciter affirmant. Cum cæteri a cerebro oriri tradant: sine neruis sunt quedā animalia vt pisces: vt inquit Plinius in. xi. neruicos appellāt hoies neruis laborantes Victruuius in. viii. a q̄ neruicos & podagricos efficiūt græci ταῦνρα neruos dicūt: inde neurobatæ dicti: q̄ ambulant sup neruos: & funes neruicos. Iulius firmicus neurobatæ inquit erunt nati sub sidere ingeniculi. Velocitas corporis: nati sub leporis sidere aues velocitate corporis superare videbūtur auctor Iulius firmicus in. viii. Ingenii: laus hic ingeniū velox dicim⁹ qđ versatile est & celeritate quadā ad res multas pcurrēdas p̄ditū. Iuuenal⁹ ingeniū velox audacia pdita:

Pulchritudo aī.

In neruis robur

Cōtēdit neruos

Origo neruoꝝ Neruici

Neurobatæ.

Ingeniū velox

dicitur pulchritudo. sic in animi opinionū iudicorūq̄ æqualitas & constantia cū firmitate. quadā: & stabilitate virtutem subsequēs: aut virtutis vim ipsam continens pulchritudo vocatur. ităq̄ quæ viribus corporis & neruis & efficacitati similes: similibusq̄ neruis animi vires nominātur. Velocitas autē corporis celeritas appellatur: quæ eadem ingenii etiā laus habetur propter animi multarū rerū breui tempore per cursionem. illud animorum corporūq̄ dissimile est: quod

Animi volẽtes: ſecũdo dogma ſtoicorũ locutus ẽ: qui aiũt aios bene cõſtitutos ac ſanos: nullo morbo: nulla ꝓturbatione tẽptari poſſe: qualis eſt anim⁹ ſapiẽtis: q in ſtatu beatiſſimo collocatus perẽniter in ea beatitate cõſiſtit. Sine culpa: Repente egrotat corpus hois: & aliquo morbo vexatur ſine culpa ipſi⁹. cũ ita natura cõparatũ ſit: vt corpora nr̃a pp fragilitatẽ im'becillitatemq; ſint obnoxia morbis, ppe infinitis: ſepe videmus qđ temperatiſſimos hoies morbus inuadit. Validiſſimos phthyſis ſicut ino centiſſimos pena: ſecretiſſimos tumutus. Aiorũ non item: offenſiones aiorũ ſine culpa ipſorum accidere nõ poſſunt: nã vt ingt Orati⁹. In culpa eſt anim⁹: qui ſe nõ effugit vnquã. eſt enim ipo teſtate noſtra turpe agere & nõ agere eſt in nobis ꝓbos eſſe & improbos. ſed ecõtrario nõ eſt in arbitrio noſtro bene valere & egrotare. pra uitas enim animi vt docet Ariſtoteles in tertio ethicorũ volũtaria res eſt. Morbus autẽ corporis volũtarius nõ eſt. Beſtiæ ſimile quiddã: Muta aialia: vt auctor eſt Seneca i primo de ira humanis affectibus carent. habẽt aũt ſimiles illis quoſdã ipulſus: alioqn ſi amor in illis eſſet: & odiũ eſſet. Si amicitia: & ſi multas: ſi diſſenſio & cõcordia quorũ aliqua in illis quoq; extãt veſtigia: cæterũ humanorũ pectorũ ꝓprie ſunt affectiões ptũbationeſq; : qđ aũt ait Ouidius. Nõ aper iraſci meminit: iraſci dicit incitari ſpingi. Ariſtoteles quoq; in. vii. ethicorũ tradit beſtias neq; tẽperatas: neq; intẽperatas dici niſi per ſimilitudinẽ. Inter acutos: Acumine ingenii p̃ditos. Hebetes: ſtupidi ingenii ac torpidi. Vt aes corinthiũ in eruginẽ: ſenſus eſt: ſicut æs corinthiũ: qđ reliquo ære p̃cioſius eſt: tardius fit æruginoſum q̃ cætera: ſic ingenioſi hoies ſerius incidũt in morbos animi: q̃ faciãt hebetes & obtuſi: & celerius recreãt reualeſcũtq;. Erugo dicitur aeris rubigo. Plinius in. xxxiiii. refert aera exterſa. Celerius rubiginẽ trahere q̃ neglecta: niſi oleo perungãtur: fit & ærugo plurimis modis: nãq; & ex lapide: ex quo coquitur. æs deraditur. & ex lamellis aeris in.

animi valentes morbo tentari nõ poſſunt: corpora poſſunt: ſed corporũ offenſiones ſiue culpa accidere poſſunt: animorũ non item: quorũ omnes morbi & perturbationes ex aſpernatione ratiõis euniũt. Itaq; in hominibus ſolũ exiſtunt. nam beſtie ſimile quiddã faciunt: ſed in perturbationes nõ incidunt. Inter acutos autẽ & hebetes intereſt: q; ingenioſi vt æs corinthium in eruginẽ ſic illi in morbũ & incidunt tardius & recreantur. ocius hebetes non ita: nec vero in oẽm morbũ ac perturbatio-

Temperatiſſimos morbus inuadit

Eſt in nobis recte agere vel perperã.

Bruta carẽt affectibus humanis

Nõ aper iraſci meminit

Erugo.

cado ſuper acetū ſuſpenſis: & operculo oburatis cuius rei Victruuius quoq; meminit in. vii. Quidā vaſa cōdidi aeris fictilibus condunt in aceto radūtq; inde eruginē: alii declinatam aeris ſcobem aceto ſpargunt. Eruginis in medicina magnus vſus. vis eius eſt collyriis oculorum appetiſſima: & de lachrymationibus mordēdo proficiens. Cruda erugo vulnerariis emplaſtris miſcetur callū fiſtularū erodi: vitiorūq; que circa ſedem ſunt: Aes quod coronariū appellant. ociſſime cōtrahit eruginē: eſt alterū genus eruginis: quā ſcoletiam vocant a ſpecie vermiculorū. græce enim σκωληκιον dicitur vermiculus. galenus libro .ix. τουατωλον mētionē facit eruginis quā græco vocabulo appellat Ion. Apud oratiū & Iuuenalem erugo p pecunia que ex ære ſit decenter vſurpatur: ab erugine fit eruginoſus. Sene. in li. de breuitate vitæ: maiorē dierū partem in eruginoſos lamellis conſumit. Vt miſericordia: iā dictum eſt miſericordiā a ſtoicis inter vitia numerari. tanq; vitiū ſit puſilli animi habens tamen ſpeciem humanitatis: & clementiæ: cum ex alienis malis proueniat. Virtutibus contraria. vt fortitudini ignauia. iuſtitiæ iniuſtitia. fidentiæ diffidentia. Illud annotandū vnicuiq; virtuti vitiū vnum contrariū. & alterū finitimū reperiri aut certo iam nomine appellatum aut ſine vllo certo nomine: vt religioni cōtrarium vitium eſt irreligioſitas: finitimum ſuperſtitio: vt fortitudini contraria eſt ignauia. audacia vero appoſitū eſt & propinquum vitiū ideoq; Ariſtoteles latiſſime diſſerit in ethicis virtutes eſſe mediocritates in meditullio exceſſus & defectus poſitas: mediocritatē eſſe laudandam. extrema reprenſibilia: ex qua ſententia ductus eſt oratianꝰ ille verſus ſcitu dignus. virtus eſt mediū vitiorū & vtrinq; reductū.

Ion.

Eruginoſus.

Virtutes inter duo vitia.

Religio

Irreligioſitas.

Superſtitio.

Virtutes in meditullio:

Logica: quaſi rationalia & ſubtiliter diſputata. λογος enim græce ratio eſt verbum & ſermo a philoſophis αργος λογος dicitur ignauia ratio: quam. M. tul. in li. de fato improbat. E ſcrupulo ſa

Logos Argos Logos

nem animus ingenioſi cadit. Nā enim multa efferata & immania: quādam autem humanitatis quoq; habent primā ſpeciem. vt miſericordia: ægritudo metus. Aegrotationes autem & morbi animorū difficilius euelle poſſe putantur. quam ſumma illa vitia q̄ virtutibus ſunt contraria. Morbis enim manentibus eſſe vitia ſublata non poſſunt quia non tā celeriter ſanantur quā illa tollūtur habes ea: quæ de perturbationibus enucleate diſputāt ſtoici: quæ logica appellant: quia diſſerūtur ſubtilius. E qbus tāquā e ſcrupuloſis cotibus enauigabit

metum. Tabifice:perturbationes duas metũ & egritudinẽ.optimo epitheto tabificas appellat: quoniã mentem lacerant.animũ exedunt tabem.cruciatũ. afflictionẽ inferũt liuoris venenũ tabificum dicitur a poeta.tabificabile dixerunt veteres. Ad frugalitatis nomen:dictũ eſt in tertia tuſculana:frugalitatẽ eſſe matrẽ & caput cũctarũ virtutũ cuius nomine tẽperãtia moderatio & modeſtia cõtinẽtur: quæ fortitudinẽ prudẽtiã iuſtitiã cõplexa eſt. Hominẽ frugi: vtilẽ neceſſariũ moderatũ omni virtute ꝑpolentem.in tertio cõmentario fuſius vberiuſq; pſcripſi ſuper hac dictione. Futuli: inani: futilia vaſa ſunt lato ore fundo anguſto.quibus vtebãtur in ſacris deæ veſtæ . nã cũ aqua ad ſacra veſtæ pertinens:in terra nõ ponatur id.n. piaculũ foret excogitatũ eſt vas quod ſtare nõ poſſit: ſed poſitũ ſtatim funderetur. Vnde a fundendo vocata ſunt futilia:ſic & futiles homines dicti:qui ſi lere tacenda non poſſunt . ſed ea effundũt. Ad effe rendũ:abiiciendũ: affligendum deprimendum: quod in rebus aduerſis fieri ſolet.

Tabificæ perturbationes. Tabificabile.

Frugi

Futilia vaſa Futilis

ſe placatus: vt neq; tabeſcat moleſtiis neq; frãgatur timore:nec ſciẽter quid appetẽs ardeat deſiderio. necalacritate. futili geſtiẽs delique ſcat. Is eſt ſapiens quẽ querimus. Is eſt beatus:cui nihil humanarum rerũ aut intolerabile: ad dimittendũ animũ: aut nimis letabile ad eſferendum videri poteſt. Quid.n. videatur ei magnũ in rebus humanis: cui eternitas omnis: totiuſq; mũdi nota ſit magnitudo? Nã qd aut in ſtudiis humanis: aut in tam exigua vitæ breuitate magnũ ſapienti videri poteſt? qui ſemp animo ſic excubat: vt ei nihil improuiſum accidere poſſit nihil inopinatũ:nihil oino nouũ. Atq; idem ita acrem in oẽs partes aciẽ intendit: vt ſemper videat ſedẽ ſibi ac locũ ſine moleſtia atq; angore viuendi: vt quẽcũq; caſum fortuna inuexerit:hunc apte & quiete ferat:quod qui faciet non ægritudine ſolũ vacabit:ſed etiã perturbationibus reliquis omnibus.his autem vacuus animus perfecte atq; ſolute beatos efficit. Idẽq; concitatus & abſtractus ab integra certaq; ratione:nõ conſtãtiã ſolũ amittit. verũ etiam

Quid magnum: ſuſpicite inquit Boetius cœlũ & deſinite vilia ac terrena mirari.ſapiens vt ait Seneca plenus eſt gaudio.hilaris placidus inconcuſſus: cum diis ex pari viuit . Item talis eſt animus ſapiẽtis qualis mũdus ſuper lunam ſemper illic ſerenũ eſt. Nihil improuiſum. Seneca. ſapiens ad

Sapiens plenus gaudio

omnē incurſum munitus eſt & intentus. Sapiens dicit illud poeticū

Omnia percepi

Non vlla laborū o virgo noua mi facies inopinaue ſurgit: omnia pcepi atq; animo mecum ipſe peregi. Eneruata ratio pipateticorum.

Stoici ex tirpant affectus

Inter ſtoicos & peripateticos diſſidiū eſt. ſtoici enim vt ſupra docuimus aſſerunt perturbationes & affectus omnes extirpari poſſe de mētibus & nullam fibrā radicu

peripatetici temperant

lamq; vitiorū in homine oio reſidere aſſidua meditatiōe virtutum. Cōtra peripateticiqui ex ariſtotelis fonte fluxerūt & noui academici affectus moderantur ac tēperant: aduerſus quos. M. Tul in preſentia tanquā ſtoicus alacriter diſputat: neruoſq; contendit: quod & Seneca vbiq; librorum efficere conatur. Dogmatis ſtoicorum propugnator accerrimus: q in epiſtolis ad Lucilium ſic ſcribit vtrū ſatius ſit modi cos habere affectus an nullos ſepe queſitum ē. Noſtri illos expellūt peripatetici tē perant. Ego nō video quo modo ſalubris eſſe aut vtilis poſſit vlla mediocritas morbi Ceterum Hieronymus Lactantius Auguſtinus eccleſiaſtici doctores reprobant egritudinē ſtoicorū approbātes mediocritatē peripateticorum: quod et ratio demonſtrat & ſenſus cōis expoſcit. namq; extirpare radicitus affectus eſt hominem ex homine tollere & in corpore conſtitutū eſſe ſine corpore & optare potiuſq; docere meritoq; ſcripſit Flaccus in ſatyra Nam vitiis nemo ſine naſcitur: optimus ille eſt qui minimis vtgetur & apoſtolica ſententia eſt. Videoaliam legem in mēbris meis repugnantem legi mentis meæ Naturalia enim hæc ſunt non voluntaria que peripatetici prouidenter et neceſſario nobis inſita eſſe demōſtrant. ſtoici ergo vt lactantii verbis vtar furioſi: qui ea nō temperāt ſed abſcindūt. a rebuſq; a natura inſitis caſtrare hominē quodāmodo volunt quod tale eſt quale ſi velint aut metū detrahere ceruis: aut venenū anguibus aut iram feris aut placiditatē pecudibus quod ſi vt medici dicūt letitiæ affectus in ſplene eſt. iræ in fellæ. libidinis in iecore: timoris in corde: facilius ē interficere animal ipſum: q̄ ex corpo

Seneca ſtoicus.

Eccleſiaſtici cōtra ſtoicos.

Hominē ex hoie tollere

Lex mentis repugnās corpori

Letitie affectus in ſplene

Libido in iecore

Timor in corde.

ſanitatem. Qua circa mollis & neruata putanda eſt peripateticorū ratio & oratio: qui pturbari animos neceſſe eſſe dicūt. ſed adhibēt modum quendam quem vltra pgredi non oporteat. Modum tu adhibes vitio? an vitium nullū eſt nō parere rationi? an ratio parum pcipit: nec bonum illud eſſe quod aut cupias ardenter aut adeptus te efferas inſolēter: Nec porro malū: quo aut oppreſſus iaceas: aut ne opprimare mente vix cōſtes: eaq; omnia aut nimis triſtia: aut nimis leta errore fieri. Qui ſic error ſtultis ex

re aliquid euellere: quod est animantis naturam velle mutare: sed homines prudentes non intelligunt cum vitia ex homine tollunt: etiam virtutem se tollere cui soli locum faciunt: sunt enim hæc implicata: vt alterum sine altero esse non possit. Nunc qui hanc immobilitatē animi asserunt. priuare animum vita volunt: quia vita actuosa est: mors quieta qui euellit affectus q̄ bus omnis constat humanitas: ad immobilem stuporē mentis hominem perducere vult: frustra studēt stoici animum a perturbationibus liberare: & vt ipsi dicūt. quietum tranquillumq̄ reddere: quod fieri nec potest nec oportet: cum animus immotus ac torpēs inutilis sit etiā sibi nec vitā ipsam tueri possit: sed nunc audiamus Marcum Tullium stoicæ sectæ defensorem subneruare conantem orationes rationesq̄ peripateticorum de moderandis affectibus. Alter

Immobilis stupor

Animus imotus inutilis

tenuetur die: vt cū eadem res maneat: aliter feras inueterata: aliter recentia sapiētem nec attingat quidem omnino. Etenim quis erit tādem modus iste. Queramus enim modum ægritudinis: in quo operæ plurimum ponitur. Aegre tulisse. P. Rutilium fratris repulsam consulatus scriptum apud Fanium est: sed tamen transisse modū videtur: Quippe qui ob eam causam a vita receſſit: Moderatius igitur ferre debuit. Quid si cum id ferret immodice mors liberorum accessisset. nata esset egritudo inueterata: Leuius minoriq̄ egritudine. Aliter recentia grauius maiorique mœstitia. Modumque egritudinis. Temperamentum. moderationemque: vt modice temperateque dolendum sit: modus vt ait Plautus optimus est in rebus omnibus. Fratris repulsem. De hoc Plinius in septimo Pulius Rutilius morbo leui impeditus nunciata fratris repulsa in consulatus petitione illico: expirauit. Summa: aceruatio & cumulus. Qui modum vitio querit: aiunt peripatetici: non est nimia letitia gestiendum: sed modice. Dolebimus sed parum concupiscemus tēperate: irascemur. sed placabimur. hoc vero tale esse videtur. dicit aduersarius: quale si dicerent non esse currendum concitate: sed gradiendum moderate. at potest & qui graditur errare & qui currit rectam viam tenere. Cicero ait similiter facere peripateticos modum vitio adhibentes: vt si putent hominem sustinere se posse in media ex saxo præcipitatione: sed sicut qui se præcipitauit sese amplius moderari & retinere non potest. sic animus perturbatione impulsus cohibere se non potest: sed præceps fertur: quod autem e leu-

Modus optimus

cate. præcipitauerit. non credas ſimpliciter ſignificari locum editũ ex quo præcipitatior ſit ruina. ſed ſignate locutus eſt: ad hiſtoriam ſpectans. eſt enim in epiro leucadũ litus. promontoriũ leucates: vbi ẽ petra eiuſdem nominis albicanti colore in pelagus porrecta. ibi ſalt⁹ fiebat antiquitus: qui ad ſedandos amores valere credebatur: quo

Sapho ex leucate ſe dedit.

dam & ignobilis vrborum opifex inſinuaſſe ſe in antiquam philoſophiam videtur:huius ſentẽtiæ grauitas a Platonis auctoritate repetatur apud quẽ ſæpe hæc oratio vſurpata eſt: vt nihil præter virtutẽ diceretur bonũ. Velut in Gorgia Socrates cũ eſſet ex eo quæſitũ Archelaum perdicæ filium: qui tũ fortunatiſſimus haberetur:nõne beatum putaret:Haud ſcio inquit:nũquam.n.cũ eo locutus ſum. An tu aliter id ſcire nõ potes: nullo modo. Tu igitur ne de perſarũ qdẽ rege magno potes dicere: beatus neſit:An ego polum:cũ ignorẽ quã ſit doctus: q̃ vir bonus quid tu in eo ſi tã vitã beatã putas:ita prorſ⁹ exiſtimo bonos beatos:improbos quo pacto ad eruditionẽ iuſtitiãq; ſe habeat polus: nunquid in hoc tota beatitudo cõſiſtit. Socra.certe vt ego dico o pole.aſſero.n.honeſtum bonũq; vitũ & mulierẽ eſſe fœlicẽ. Iniuſtũ vero & turpẽ eſſe miſerũ:polus miſer ergo ſecundũ ſermonẽ tuũ archelaus. Socra.nimi tũ o amici ſi iniuſtus:hactenus Plato. Vnde hæc Cicero mutuatur verbũ de verbo pœne tranſcribens. Dion quoq; in libris de regno. Socrates inquit interrogatus,Nũ perſarũ regẽ fœlicẽ putaret.fœlix ait fortaſſe eſt. Id tamen nõ ſcire ſe affirmauit:quia cũ eo nunq̃ eſſet cõuerſatus:nec eius mentẽ noſcet-: quaſi nõ in auro nec in ciuitatibus nec in regionibus nec in hominibus imperio ſubiecti:ſed in animo fœlicitas ipſa cõſiſteret:fuit autẽ archelaus: quem Socrates negauit beatum

Velut in gorgia: ſocrates apud Platonem in dialogo cui titulus eſt gorgias:a gorgia leontino rhetoricæ videatur an infœlix Archelaus perdiceæ filius:macedoniæ rex. Socrates reſpõdens:neſcio inquit o pole. nũq̃.n. apud ipſum fui: tũc polus:quid autẽ ſi eius conſuetudinẽ habuiſſes iam cognoſceres:Aliter.n.eius fœlicitatẽ nõ potes cognoſcere Socrates. Non per Ioue inquit. Polus conſtat igitur o Socrates ſimiliter te dictu rum ignorare vtrũ magnus perſarũ rex ſit fœlix. Socra, & vera qdẽ dicã: ignoro.n. Gorgias platonis. An fœlix archelaus

An perſarũ rex fœlix.

Crudelitas archelai.

esse immani crudelitate p̃ditus qui patruũ ſuũ noie alcetã: & filiũ eius alexandrũ: vino grauatos cõiecit in paleſtrũ: nocteq; aſportatos trucidauit. Idẽ poſt paulo: fratrẽ ſuũ legitimũ annos ſeptẽ natũ: ad quẽ pertinebat regnũ: in puteũ p̃cipitẽ dedit: atq; ſuffocauit: q̃bus ſceleribus ꝓpetratis non fœliciſſimus: ſed miſerrimus omniũ macedonũ ex

Soerates renuit ſeruitutem. Epitaphium nomẽ libri

ſocratica ſentẽtia dicendus eſt. Archelaus rex ſocratem rogauit vt ad ſe veniret: ille autẽ venire renuit: ne.ſ.iret ad volũtariam ſeruitutem.

Hic.ſ. Plato: & apud plato nẽ ſocrates. In epitaphio: ſenſus ẽ Plato in epitaphio explicat beatã vitã vna virtute cõtineri: q̃ ſentẽtia zenoni ſtoico aſcribi ſolet: cũ plato: quã zeno antiq̃or ſit: liber diui Hieronymi: q̃ de viris illuſtribus inſcribitur a q̃buſdã dr̃ epitaphiũ: q̃ titulus vt ingt Auguſtin⁹ ꝓbari poſſet: ſi eorũ tantũ hominũ vel vitas vel ſcripta cõtineret: q̃ iã defuncti eẽnt Hieronymus Auguſtino reſpõdẽs: epitaphiũ aſſerit ꝓprie ſcribi mortuorũ: ſicut ab ipſo epitaphiũ nepotiani ſcriptũ eſt: epitaphiſta dr̃: vt

miſeros. Miſer ergo Archelaus certe ſi iniuſtus videtur omnẽ ne hic beatam vitã in vna virtute ponere. Quid vero i epithaphio quo modo idem. Nã cui viro inquit ex ſeipſo apta ſunt oĩa quæ ad beate viuendũ ferunt: nec ſuſpenſa aliorũ: aut bono caſu: aut contrario pendere ex alterius euentis: & erro recoguntur: huic optime viuendi ratio cõparata eſt. Hic eſt ille moderatus hic fortis: hic ſapiens: hic & naſcentibus & cadentibus cum reliquis commodis: tum maxime liberis: parebit & obediet præcepto illi veteri. Neque .n. lætabitur vnquam neque mœrebit nimis: q̃ ſemper in ſeipſo omnem ſpem re-

Epitaphiſta.

epigrãmatiſta: ſcriptor. ſ. epitaphiorum: qua dictione vtitur ſidonius apollinaris. Pendere ex alterius euentis: ingt Plato in epitaphio qui nõ pẽdet ex alieno iudicio. nec ex aliena fortuna cuiq; in ſeipſo ſpes oẽs ſitæ ſunt: hic eſt beatus appellãdus: huic rõ viuendi optima cõſtituta eſt. Naſcẽtibus & cadentibus: talis ingt Plato: neq; rebus aduerſis ſuccũbet neq; ſecundis intumeſcet: ſed ſeruabit mediocritatem adutrãq; fortunã: vt neq; nimis lætetur ex ſecũdis: neq; nimis cõtriſtet ex aduerſis. Dicimus cõmoda naſcẽtia. quãdo primitus ꝓueniũt: ſicut cadentia: quãdo abeunt: & nos deſtituũt. Tũ maxime liberis inter cõmoda mortaliũ cũprimis numerãtur liberi hoc eſt filii: quibus naſcentibus ſapiẽs nõ nimis lætabitur: ſicut cadẽtibus: hoc eſt morientibus nõ nimis mœrebit dolebitq;: modus .n. in rebus oĩbus optimus

Cõmoda naſcẽtia. Modus optimus

eſt:ideoq; ille laudatur q̄ neq; intēperāter lętatur: neq; imodice dolet memor illius ſaluberrimi p̄cepti:qđ grēcę dī: μηδεν αγαν: hocē neqd nimis. Auguſto:venerabili:religioſo:ſacrato. Quid ſit auguſtū copioſe annotauimus in ſecūdo ſuetonii cōmētario. Manabit:permanet in trāſlatione fontis:a quo riui manare:ꝓfluereq; cōſueuerunt.

poner ſui. Ex hoc igitur Platonis quaſi quodā ſancto auguſtoque fonte noſtrā ois manabit oratio. Vnde igitur rectius ordiri poſſumus q̄ a cōmuni parente natura. Quæ quicquid genuit: nō modo aīal ſed etiā quod ita eſſet ortume terra: vt ſtirpibus ſuis niteretur in ſuo quoq; genere perfectū eſſe voluit. Itaq; & arbores & vites & ea quæ ſunt humiliora neq; ſe tollere a terra altius poſſunt:alia ſemp virent:alia hyeme nudata verno tempore tepefacta frondeſcunt. Neq; enim eſt vllū: quod non ita vigeat

A cōmuni parēte: Plinius vbi naturā parētē rerū opificēq; appellat: & vt Lactātius ait naturā dixerūt rerū omniū matrē. Seneca naturā nihil aliud eē quā deū ſignificat: ſic ſcribens libro quarto de beneficiis:natura inqt hoc mihi p̄ſtat: nō intelligis te cū hoc dicis mutare nomē deo: qd.n.aliud eſt natura q̄ deus & diuina ratio:toti mūdo & partibus ei⁹ inſerta. Humiliora:breuiora in arboꝝ genere abortus quoq; ſunt & pumilionū infœlicitas: nāq; chamepla tani vocant humiles platani & coactæ breuitatis ſicut chamedaphne puſilla laurus & chameceraſi breues ceraſi: & chamecíſſos hædera dicit nō attollēs ſe a terra:& alia id genus ꝓpe infinita: p̄terea dedit natura qbuſdam ſtirpibus ꝓceritatē:quibuſdā brewitatē:ita tamē vt in ſuo quodq; genere perfectū eſſet. Alia ſemp virent:folia nō decidunt oleæ:lauro: palmæ:myrtho:cupreſſo:pinis:hæderæ:rhododendro: & hoc inter vrbanas arbores:ſylueſtriū quoq; generis folia nō decidūt abieti:larici:pinaſtro:iunipero:cedro:therebintho:buxo:illici:aquifolio: tuberi: taxo:tamarici:cæterę fere oēs arbores folia derperdūt: thimeus mathematicus decidere arboribus folia putat: ſole ſcorpionē trāſeunte: quadā ſyderis vi. Cadūt plurimis autūno q̄dā tardius amittūt atq; in hyemes ꝓgāt moras:neq; i his q̄ ſp retinēt comas:eadē folia durāt ſed ſubnaſcētib⁹ aliis:areſcūt vetera. Verno tpe: lego verno tepore: tepor.n.& tēperies euocat in plātis frōdes & germinationē: oia tunc frondēt:tūc variis colorū picturis in certamē vſq; luxuriāt: ſerotino quedā germinatu florēt vt motus: que nouiſſima vrbanarū arborum germinat:nec niſi exacto frigore: ob id dicta ſapientiſſima arborum.

Natura parens rerum.

Natura deus.

Pumiliones in arboribus.

Chameplatani

Chamedaphne

Chameceraſi

Quib⁹ folia nō ſūt decidua.

Quando decidant folia

Tepor vernus.

Motus ſapientiſſima arborum.

Vegetatiua seminalis

Alens aia

Spūs terrę vegetꝫ

Iuniperꝰ frugifera nō floret

Fortuna sine flore

Defloreſcunt

Amygdala prima floret

Bacciferaarbor

Amphibia.

Serpere angui culos

Merula

Gracculi

Gregabiles elephanti

Interiore motu:animā seminalē intelligit:quā recētiores philoſophi vegetatiuā appellāt:q̄ a Plinio dr alens:cuius motu interiore plāte vigeſcūt:creſcūt:frondeſcūt:germināt:breuiterq̄ viuūt:ſcribit Seneca li.iiii.q̄ſtionū: terræ ineſſe ſpiritū illū vitaliter vegetū; & alētem oia:hūc.n.inqt nisi hēret:quo tot arbuſtis ſpiritū infunderet nō alīde viuētibus quo mō tot radices aleret. Aut flo.duo iunipi genera tradūt alterā florere: nec frugiferā eſſe: q̄ vero nō floreat ferre fructū baccis ſubnaſcētibus: q̄ bīēnio hereant: ſic & hominū multis fortuna ſine flore eſt defloreſcūt aūt oia fere genera plantarū ſeptenis diebus:quedā tardius:ſed nulla pluribus bis ſeptenis: nec ſtatim fructus ſequit in aliquibus floret prima omniū amygdala. Aut fruges:poteſt referri ad arbores pomiferas:quas ob id frugiferas vocant.appellatione enim frugū fruct arborū quoq̄ cōtinētur:vt iā dictū eſt. Baccas:baccas dici fructus arborū maiores acinis minores pomis nullus ignorat: vnde arbores bacciferæ dictæ:quæ baccas ferūt:quibus magna eſt differentia: aliæ nāq̄ baccæ ſunt oliuis:lauris:aliæ lotho:& cornis:aliæ myrthis & lentiſco:alias baccas dicimus margaritas. vnde monile baccatum apud poetas. Incolas eſſe maris:non ſolū piſces aquarū incolæ ſunt: ſed etiā beſtiæ terreſtres & aues:quę ob id amphibia dicūtur:quibus victus eſt in aquis terraq̄:de quibus Plinius:Columela.M.Varro. Ariſtoteles.cæteri. Serpentes:repētes a ſerpendo nomen.n.generale eſt:ſerpens de his quæ ſerpūt citra vſum pedū. Serperaſta vocant inſtrumēta:q̄ geniculis puerorū alligantur:vt cū his deprauata corrigant crura a ſerpendo dicta.Serpūt enim magis pueri q̄ gradiantur. In hāc ſententiā libro.v.de finibus ſic ſcriptū eſt.Serpere anguiculos nare anaticulas.Euolare merulas:cornibus vti videmus boues: vespe ras aculeis:ſuā denicq̄ naturā eſſe ad viuendū ducē. Partim ſolitagas:merula quaſi ſola volat quaſi mera volans noiata eſt:vt refert.M. Varro:ſicut gracculi:quia gregatim volāt dicti. Quæ tamē etymologia quintiliano improbat:qui ex vocibus gracculorū nomen duci aſſumat.Plinius de elephantis ſcribēs ait gregatim ſemp ambulant ma

interiore quodā motu:& ſuis quibuſq̄ ſeminibus incluſis:vt aut flores aut fruges fundat: aut baccas:oibuſq̄ in oibus quantū in ipſis ſit: nulla vi impediēte perfecta ſint. Facilius vero etiā in beſtiis: quod his ſenſus a natura eſt datus: vis ipſius naturæ perſpici poteſt. Nāq̄ alias beſtias nantes aquarū incolas eſſe voluit. Alias volucres cælo frui libero: ſerpētes quaſdā eſſe gradientes: earū ipſarū partim ſoluagas:

nime ex oĩbus ſoliuagi: idẽ ſturnorũ generi ꝓpriũ ait eſſe cateruatim volare: & quodã pilæ orbe circũagi oĩbus in mediũ agmẽ tendẽtibus

Immanis alias: truculentas: noxias: efferas: vt ſunt vrſi & tygrides .M. Varro: adde hydrã lerneã: & leonẽ: heſperidũq; beſtiæ feræ immanes. Cicures: manſuetas & placidas: verbũ vetus eſt cicurare: qđ ſignificat mãſuefacere: qđ a fero diſcretũ eſt: id dr̃ cicur & iõ dictũ cicur ingeniũ obtineo: ꝑ manſuetũ: a quo veturii quoq; nobiles nomina ti ſunt cicuri: helius lampridius in heliogabalo ait. Eãdẽ terram ſerpentes ferre & cicures. Plinius trifariã diuidit aĩantes in placida: fera: & inter media: placidas intelligi volẽs cicures: hirũdines: apes: delphini nec placida ſunt nec fera: ſed mediæ inter vtrũq; naturæ: mãſuetarios vocant qui cicurarios ſciũt hoc eſt mãſuefacere: & placidas reddere feras. Iulius firmicus in. viii. matheſeos: ſeptẽtrione inqt oriente nati erũt mãſuetarii ferarũ. i. q vrſos: vel tauros: depoſita feritate humanis cõuerſationibus ſociẽt. Alio verbo exarmare dictũ eſt: ꝑ mãſuefacere: & exarmatæ beſtiæ pro cicutibus & manſuefactis. Iãpridius in heliogabalo: habuit leones: & leopardos exarmatos in delitiis: quos edoctos ꝑ manſuetarios: ſubito ad ſecundã mẽſam: & tertiã mẽſam iubebat accumbere ignorantibus cũctis quod exarmati eſſent ad pauorẽ & ridiculũ excitandũ. Terraq; tectas: in hoc genere ſunt talpæ de quibus Plinius hęc: liquidius auditũ talpæ obrutæ terra: tã denſo: atq; ſurdo naturæ elemento: idem tradit ſe vidiſſe ſtragula cubicularia e pellibus talparũ: olim a talpis ſuffoſſum fuit in theſſalia oppidum. Munus: officium. In diſparis animantis: nõ poteſt leo tranſire in vitam æqui: nec canis in vitã vrſi: & cætera conſimiliter nequæunt tranſire in vitam diſpariũ diſſimiliũq; animantium: ſed ſingula permanent in lege a natura ſibi conſtituta. Cõmune quidem omniũ animalium eſt: ſecũdum naturam viuere: ſed naturæ diuerſæ ſunt: vt aliud æquo ſit natura: aliud boui: aliud homini: & tamen in omnibus ſumma cõmunis: ex quo nihil prohibet: quedam eſſe & inter ſe cum animalib⁹ reliquis: & cum beſtiis homini cõmunia: quoniam omniũ eſt natura cõmunis: attamen cuiq; animaliũ generi: munera ſua & propria diſtincta ac diſpo
tita ſunt: & ad id aptũ eſt quodlibet animal: quod cuiuſq; natura deſi

Immaneſ fere
Cicures
Cicurare
Cicur ingenium.

partim congregatas: immanis alias quaſdã autẽ cicures: nonnullas abditas terraq; tectas. Atq; earũ quæq; ſuũ tenens munus cum in diſparis animantis vitam tranſire non poſſit: manet in lege naturæ. Et vt beſtiis aliud alii precipui a natura datum eſt quod ſuũ quæq; retinet nec diſcedit ab eo ſic homini multo

Manſuetari.

Exarmare.
Exarmati.

Talpæ

Naturæ diuerſæ

Præstare. derat. Præstãtia:antecellẽtia:p̃stare est antecellere.in quo verbo inest cõparatio.Dicimus.n. p̃sto illi:p melior sum illo vel p̃sto illũ: vtroq;.n.modo vsurpatur.Quintilianus:p̃stat ingenio alius aliũ:& Virgilius: vel magnũ p̃stet achillẽ. Ex mente diuina:ob id Oratius animã appellat diuinæ particulã auræ:& a Virgilio dictũ est. Igneus est ollis vigor & cælestis origo de animi diuinitate in prima tusculana fusius enodaciusq;. Si hoc fas est dictu:tanq̃ nefas sit animũ humanum comparare cũ deo: cui nihil par est:& nihil secũdum: qui incõparabilis est inextimabilis: ineffabilis.

Incõparabilis.

Eius acies:acumen & oculus:qui vt inqt Plato tũc maxime floreſcit: cũ oculus corporeus defloreſcit. Curata est:curatio animi & medella est philosophia.quã in tertio cõmentario dictũ est esse medicinã animorũ.Ne cecetur erroribus: Homerus & Virgilius nebulam quasi quandã obiectã esse ob oculos mortaliũ autumant: qa videlicet mens nostra in caligine rerũ & erroribus opinionũ obcecata hæbetescit vt pœne cũ lacte nutricis errorẽ suxisse videamur. Qui bona diuidit tripartito:cõtra peripateticos: qui bona trifariã partiuntur:& ex his vitã beatã cumulatãq; cõficiunt:prima sunt animi bona:secunda corporis. tertia fortunę:sed cũ hæc duo postrema incerta sint:& nulla stabilitate fulciantur: secundũ peripateticos non poterit dici beatus:cuius beatitudo pendeat a bonis corporis atq; fortunæ. Stoici autem volũt eum qui vere beatus sit & dicaquiddã præstãtius:Et si præstãtia debent ea dici: quæ habent aliquã cõparationem. Humanus autem animus deceptus ex mente diuina cũ alio nullo : nisi cum ipso deo si hoc fas est dictu cõparari potest. Hic igitur si est excultus & si eius acies ita curata evt ne cæcaretur erroribus sit profecta mens.i.absoluta ratio:quæ est idẽ qđ virtus:& si omne beatũ ẽ cui nihil deest & qđ in suo genere expletũ atq; cumulatum est:idq; virtutis est propriũ Certe omnes virtutis cõpotes sũt beati:& hoc quidẽ mihi cũ Bruto cõuenit.Idem cũ Aristotele.Xenocrate. Speusippo.Polemone: sed mihi etiã videtur beatissimi.Quid .n.deest ad beate viuendũ eiq cõfidit suis bonis: aut qui diffidit beatus esse q potest. At diffidat necesse est qui bona diuidit tripartito: qui .n. poterit aut corporis fragilitate: aut fortunæ stabilitate cõfidere. Atqui nisi stabili & fixo & permanẽte bono: beatus eẽ nemo

In caligine mens hæbetescit.

Triplicia bona.

tur:cõfidere ſuis bonis:hoc ẽ animi virtutibus:cũ ꝓpria hominis bona ſunt : & ſtabilia ac permanẽtia: nõ autẽ bonis extrariis : in quibus nulla firmitas nulla ſtabilitas eſt. Laconis illud dictum: Plutarchus in apophthegmatis laconicis ſic ſcribit: ϖροστορ μακαρι ξοντα λαμπιρ τορ αιγινητην διοτιεδοκει ϖλοισοιτατοσειραι ραυκληριαϖολλα εχωρ: λακονειϖεν ουϖροσεχωευδαιμονια εκσχοιρι = ορ ατϖηρτημερη .i. ad eum qui beatũ eſſe dicebat lampin eginetã:quoniã videbatur eſſe ditiſſimus:multarũ nauiũ gubernator exiſtens. Dicit lacon quidã:nõ attẽdo fœlicitati ex rudentibus pendẽti:nũc.M. Tullius hoc exẽplũ decenter adglutinat: vitę beatæ:quã peripatetici decernũt : tanꝙ talis beatitudo: minime optabilis ſit:ꝙ pẽdeat a fortuna: poſſitqꝫ iubire iacturã bonorũ ſicut illa fœlicitas mercatoris:naues multas habẽtis pẽdula eſt ex funibus nauticis: vt poſſit ex fortunato fieri repẽte miſer facto naufragio : illa autẽ bona:quæ efficiũt beatã vitã: debẽt ſe cũdũ ſtoicos eſſe perẽnia: fixa:ſtabilia: vt neqꝫ auferri neqꝫ ſubripi poſſint: nec cadere:nec ſeneſcere: nec extingui:qualia ſunt bona aiorũ. Inueteraſcere:ſeneſcere:& cõſequẽter extingui:talia nõ ſũt bona corporis: & fortunæ fluxa ſcilicet & fragilia:cũ virt⁹ clara æternaqꝫ ſit.Nigidius cõmẽtator grãmaticus duo hæc verba vetuſteſcere & veteraſcere ſic diſputauit.Dicemus inquit ꝙ vetuſtate deteriora fiũt vetuſteſcere:iueteraſcere ꝙ meliora:ſed interdũ ꝓmiſcue indiferẽterqꝫ vſurpãtur.ſicut alia ſexcẽta: qdã codices nõ iueteraſcere habẽt:ſed interareſcere:qđ ſignificat penit⁹.areſcere hoc ẽ aridũ fieri: & languẽs: hęc.n.pticula inter interdũ ſignificat totũ:vt intercipe apud Terẽtiũ interhibere:apud Plautũ: prior lectio

Dictũ laconis.

Fortuna pẽdula ex funib⁹

Vetuſteſcere.

Veteraſcere.

Interareſcere.

Inter.

magis quadrat: quia statim sequitur: cadere & extingui nã vetustatẽ subsequitur casus & extinctio. Omni mœtu vacat: sepe dictũ ẽ stoi cos stirpitus euellere: amputareq; omnes affectus: quos peripatetici tẽperant ac moderãtur. Septũ in oratione pro milone: est quodã incredibili robore animi septus. Vacuitatẽ egritudinis. Hieronym' philosophus censet summũ bonum esse vacuitatẽ doloris. Qui autem: quomodo interrogatiue legendũ. An lacedemonii philippo: Exẽplum laconũ laudabile prorsusq; virile: qui hoc dicto significarunt: vnicuiq; mortalium in manu ac potestate esse per mortẽ exilire in libertatẽ: & se subducere seruituti scribit Plutarch⁹ philippum macedonẽ impetu terrifico agrũ laconicũ inuasisse: dixisseq; ad quempiam ex laconibus: quid nunc facietis o lacedemonii: illũ respondisse: quid aliud q̃ fortiter moriemur. Soli.n. græcorum nos liberi esse: neq; aliis seruire didicimus: eodem philippo quedã p epistolam lacædemoniis imperanti: rescripserunt sua illa laconica breuitate. ωερια μιρ ετραψασ ου .i. de quibus nobis scripsisti non præterea quo tempore Philippus in eorum territoriũ veniisset: per litteras quæsiuit. vtrũ vellent amicũ an vt hostem sese venire: qui responderunt: ουδε τερορ: idest neutrũ. Antipater quoq; cũ grauiter post victoriã minitaretur: nisi sibi ingenui pueri in obsidatum darẽtur: responderunt ñ grauiora morte imperites: facilius moriemur: quoniã autem in mẽtionem philippi indicimus: & tu philippus: & ego philipp⁹: appellamur sumusq; cognomines: volo hoc in loco potissimũ veluti annotatiunculam conficere de huiusce nominis excellentia: ostendereq;: nullam pœne esse propriũ hominis: nomen nomini nostro anteponendũ: qđ vt liqueat: ita breuiter ratiocinabimur: nomina imposita maxima ex

Dictũ laconum.

Philippi nomẽ excellens.

habendus est: non qui parua metuit: sed qui omnino mœtu vacat. Quæ est enim alia fortitudo nisi animi affectio: cũ in adeundo periculo: & in labore: ac dolore patiẽtum procul ab omni mœtu? Atq; hæc certe non ita se haberent: nisi omnẽ bonũ in vna honestate consisteret. Qui autẽ illã maxime optatam & expeditam securitatem: securitatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis: in qua vita beata posita est: habere quisquam potest: cui aut desit: aut adesse possit multitudo malorũ. Qui autem poterit esse celsus & erectus & ea quæ accidere homini possunt: omnia parua ducens: qualem sapientem esse volumus: nisi omnia sibi

parte nihil ſignificant idq; potiſſimũ apud latinos: ex quo nomen eo nobilius quo ſignificatius: philippos autẽ græce bellator dicitur: qn id nomen videtur eſſe ſplendidius: quod pluribus nationibns cõmune eſt: tale eſt philippi nomen quod apud ebreos græcos latinos aliaſq; nationes eſt vſitatiſſimũ: quod ſecus eſt in aliis. Nomen eſt apoſtoli apud hebreos. Regis apd græcos iperatoris apud romanos: quis. n. neſcit: apoſtolum philippũ: regem philippum alexandri magni patrem imperatorẽ philippũ: in quo illud annotandũ: qd philippus ex romanis imperatoribus primus fuiſſe chriſtianus fertur: a quo celebratus eſt milleſimus annus vrbis romæ: philippus nomẽ eſt oratoris. poetæ: medici: clariſſimorum fuit romę. L. Philipp⁹ orator: medic⁹ alexãdri magni philipp⁹ poeta philippides. Q. Marti⁹ philipp⁹ ordiati⁹ horologiũ primꝰ romæ poſuit q̃ antea fuiſſet edẽ herculis muſarũ: philippus auguſti victricus ſtruxit: prẽterea philippi nomẽ eſt ciuitatis famigeratæ: vbi bis romanæ acies conflixerũt: philippi ſunt taurei nũmi p̃tioſi: quorũ apud plau-

Philippus bellator ĩterpretaꝫ.

Philipp⁹ apoſtolus

Philipp⁹ iperator primus chriſtianꝰ

Philipp⁹ orator.

Philippi. Ci. Philippi aurei numi.

tum mentio frequens: hoc amplius: nomen eſt lene pronunciatu apud oratores frequens numeris poeticis accõmodatũ. Agamus itaq; gratias parentibus: qui nobis hoc nomen indiderunt: quod apoſtolicum regale imperitorũ eſt: ſed iam domũ repedemus: & a diuerticulo: inſtituta cõmentario repetatur. Quã ciuitas vniuerſa: ſi tota ciuitas lacedemonũ predita fuit tanto animo vt mortẽ nõ recuſaret effugiendæ ſeruitutis cauſa quanto facilius reperiri poterit virvnus ſapiens tali animo preditus: facilius enim eſt vnũ inuenire q̃ infinitos bonos cõmotionũ: perturbationum: quas temperantia ſuffrenat & moderatur. Inſoluti alacritate: immodica leticia: q̃ reprenſibilis eſt. Sedationes:

in ſepoſitã eſſe cenſebit. An lacedęmonii Philippo minitanti per litteras ſe omnia quæ conarentur: prohibiturum: quæſiuerunt nũ ſe etiã mori prohibiturus? Viris quẽ querimus non multo facilius tali animo reperietur: quam ciuitas vniuerſa: quid ad hanc fortitudinem: de qua loquimur temperantia adiuncta: quæ ſit moderatrix omniũ cõmotionum: quid poteſt ad beate viuendũ deeſſe ei: quem fortitudo ab ęgritudine: & a mœtu vindicet Temperantia tum a libidine auocet: tum inſolenti alacritate geſtire non ſinat: Hæc efficere virtutem oſtendercẽ: niſi ſuperioribus dieb⁹ eſſent explicara. Atqui cũ perturbationes animi miſeriã: ſedationes autem vitã efficiat beatã: duplexq;

si perturbationes causa sunt miseriæ: debēt e cōtrario sedationes trā quillitatesq; effectrices esse beatitatis cū contrariorū cōtraria sint cō sequentia. Malis opinātibus: iam sepe dictū est egritudinē hoc est tristiciā & metū duas perturbationes nasci ex duobus opinatis malis egritudinē ex presentibus: metū ex futuris: libidinē vero siue cupiditatē letitiā: nasci ex duobus opinatis bonis: vt leticia p̄sentiū bonorū: libido futurorū. Omne bonū letabile est: sorites hoc est acervalis argumētatio est: qualis ē: aceruus chrisippi in quo consectaria dicūt esse stoici: que pipatetici minime cōcedūt Dicit stoicus bonū oē laudabile: laudabile autē oē honestū. Igitur oē bonū honestū: sed hoc Aristo. Xenocrates: & tota illa peripatetica familia nō dabit: quippe q valitudinē: vires diuitias. Gloria multa esse bona dicant: laudabilia non dicant consimilis est ille sorites: quod bonum sit id eē optabile id honestum: quod expetendū id laudabile: id aūt peripatetici minime dāt: minimeq; consectariū esse dicunt: quod expetēdū sit eē laudabile. Expectūt .n. iterdū voluptates obscœnæ: q laudabiles nō sunt: talis est hic sorites: siue aceruus: q p sequelas quasdā gradatim cū autē chrisipp⁹ in talib⁹ argumētationib⁹ lōgius ꝓgrederet: vnq; soritē siue aceruū terminaret: merito dixit Persius. Depingue vbi sistā: inuētus chrysippe tui finitor acerui. Cæterum stoicis talibus argumentis captionibusq; instructi similes sunt illis qui volsellis non gladio depugnāt: qui subula armati pūgunt magisq; perforant. Licet esse miserrimum: stoicis nihil bonum videtur: quo quis & male vtrō perturbationis fit: q; ægritudo & mœtus in malis opinatis: in bonorū autē errore lętitia gestiēs libidoq; versentur. Cū hæc oia cū cōsilio & rōne pugnēt: his tu tā grauibus cōcitationib⁹: tāq; ipsis inter se dissentiētibus atq; distractis: quē vacuū solutū liberū videris: hunc dubitabis beatū dicere. Atq; sapiēs semper ita affectus ē semp igitur sapiēs beatus est: Atq; etiā oē bonū lætabile ē: qđ aūt lætabile: id prodicādū & præ se ferēdū. Quod tale aūt id etiā glorioſū: si vero glorioſum: certe laudabile qđ aūt laudabile ꝓfecto etiā honestū: qđ honū igitur id honestū. At quę isti bona nūerant: ne ipsi qdē honesta dicūt: solū igitur bonū qđ honestū. Ex quo efficitur honestate vna vitam cōtineri beatam. Nō sunt igitur ea bona dicēda: qbus abūdanté licet

Argumē tū stoicorum.

Bona que non laudabilia.

Sorites p sequelas:

Sobula armati.

potest videmus autem diuitiis nobilitate: viribusq; multi male vtantur: ergo bona non sunt. Præterea quod bonum est nocere non potest. nec esse causa miserarũ. Diuitiæ ãt sæpe noxiæ sunt: faciũtq; miserrimũ possessorem: ergo inter bona numerari non debent: bracteata dicitur esse diuitum: pecuniosorũq; fœlicitas: videntur quidẽ vulgo beati: sed re vera non sunt: Nemo ex his inquit Seneca quos purpuratos vides fœlix est: Nemo istorũ quos diuitiæ honoresq; in alto fastigio ponunt: magnus est: o quam sæpe dolent: q̃ sæpe suspirant hi qui diuites: beatiq; vulgo iudicantur. Dubitabis ne eũ miserum: p̃ditus omnib⁹ corporis & fortunæ bonis vel vt stoici dicunt commodis si fuerit vitiosus: & boni animi vidautus indubitanter miser dicetur & infœlix: & ita infœlix ac miser erit appellãdus archelaus: quãuis rex esset: & diuitiis suffarcinatus: quoniam iniustus erat & crudelis: nam malitia sola & viciũ satis valent ad efficiendam vitam: miserã: Colligit .M. Tullius ex dogmate stoicorũ: non esse bona corporis & fortunæ ducẽda inter bona: quando quidẽ possit eẽ miserrimus: qui ista possideat. Ex sui generis: vt acervus farraceus: fiat ex granis: ferris fabaceus: ex granis fabæ: non autem sactendus est ex granis tritici fabæ milii: & dissimillimum vixtim confusaneus. Mixta ex dissimilibus: ex bonis corporis & fortunæ: quæ dissimilia sunt bonis animi: ex quibus solis confit honestum: id in quo stoici beatam vitã collocat. Id expectendũ: cõsectariũ stoicorũ

Diuitiæ non bona Bracteata fœlicitas.

esse miserrimũ. An dubitas qn prestãs valitudine viribus: forma: acerimus integerrimusq; sentibus: addeeriã si libet pnicitatẽ & velocitatẽ: da diuitias: honores: imperia opes gloriã: si fuerit is q hæc habet iniustus: intẽperans timidus: habeti ingenio atq; nullo: dubitabis ne eum miserum dicere: qualia igitur ista bona sunt: quæ qui habeat miserrimus esse possit. Videamus ne vt aceruus ex sui generis grauis: sic beata vita ex suis similibus partib⁹ effici debeat quod si ita est ex bonis quæ sola honesta sunt: efficiendũ e beatum. Ea mixta ex dissimilibus si erũt: honestũ ex his nihil efficí poterit: quo detracto quid poterit beatũ intelligí. Etenim quicqd est qd bonũ sit: id expetẽdum: quod autem expetendum: id certe approbandũ: quod vero approbaris: id gratum acceptumq; habẽdũ. Ergo etiam dignitas ei tribuenda est: quod si ita est: laudabile

Salutaris sententia

Rex iniust⁹ miser:

Vera gloria.

Famã populare: vera gloria & ſolida eſt cõſentiens laus bonorũ: & incorrupta vox bene iudicantiũ de excellente virtute: q̃ non eſt bonis repudianda. Illa autẽ que collocata eſt in fama populari: adumbrata eſt gloria: temeraria atq; incõſiderata: & plerũq; peccatorum vitiorũq; laudatrix. Candiduli dentes: videtur eſſe conſectariũ: vt ſit pulchritudo: vires & reliq̃ corporis cõmoda ſint in bonis: bona etiã dicantur quedam minutula: veluti dẽtes candidi: & venuſtas oculorum: quibus pulchritudo cõſummatur: fœmina enim ſi fuerit edẽtula: vel nigris dẽtibus: quamuis reliqua pulchritudine formoſiſſima ſit tamen amatori ſuo placere non poterit. Dentes continui ſunt homini: qui digerunt cibũ lati & acuti: q cõficiunt duplices: qui diſcriminant eos canini appellantur. Clandorẽ trahũtur quodam medicamine: dentifricium vocant: quod ex variis rebus conficitur: vtiliſſima vt auctor eſt Plinius fiunt ex pumicibus: dentifricia. Idem auctor eſt talorũ: cinerem ex omnibus fere villaticis quadrupedibus eſſe dentificium. Exotico puluiſculo multi vtuntur pro dentificio: quo dentes emaculant candificantq;: legimus apud iulium Capitolinũ tantum fuiſſe candorem in dentibus zenobiæ vt margaritas eam pleriq; habere putarẽt non dentes cauendum tamen eſt: ne in nobis niuei denticuli atrum venenum viperino ritu fundentes inſpirent: non pauci enim ſunt: quorum dentes quidem emaculati ſunt lingua autem ſpurca & venenata: tales ſunt obtrectatores: & vt catonis vocabulo vtar maledictores: qui ad venena naſcuntur: oculorum vero tanta venuſtas tantus decor eſt: vt nihil æque luculentam fœminam exornet: q̃ oculus venuſtus: quæ pars corporis eſt precioſiſſima vt inquit Plinius: & qui lucis vſus vitam a morte diſtinguant. In homine ſunt oculi numeroſiſſimæ differentiatis atque differentiæ: grandiores: modici: paruiſpminẽtes: quos hebetiores putãt. Cõditi: quos clariſſime cernere: in fœmia pulchra pulcherrim⁹ ẽ amabiliſſimuſq; oculꝰ niger. In oculis animꝰ ihabitat: hos cũ oſculamur aium ipm videmur attigere: pãtia & mar

Edẽtula.

Dentes continui.

Dẽtifricia

Exoticũ puluiſculum.

Dentes. zenobiæ.

Documẽtum ſaluberrimũ.

Cõtra linguas maledicas.

Venuſtas oculorũ.

ſit: neceſſe eſt. Bonum igitur omne laudabile ex quo efficitur: vt quod ſit honeſtũ: id ſit ſolũ bonũ. Quod ni ita tenebimus multa erunt: quæ nobis bona dicenda ſint. Omitto diuitias: quas cũ quiuis quãuis indignus habere poſſit in bonis nõ numero: quod enim eſt bonũ id non quiuis habere poteſt. Omitto nobilitatem: famamq; popularem ſtultorũ iproborũq; cõſenſu excitatã. Hæc q̃ ſũt minima: tamẽ bona dicãtur neceſſe ẽ. Candiduli dentes:

tia venustis oculis me dementarum: & mihimet surripuerũt: in vtraq; expertus sum verissimũ esse illud propertianũ: fulminat illa oculis: & quãtum fœmina seuit: potest vtraq; vel vno tantũ ob tutu meletum facere: vel tristem. Adeo in oculis vtriusq; habitant omnes veneres: cupidinesq;. Suauis color: formæ dignitas doloris bonitate tuẽda est

Oculi pãthiæ & martię venustissimi

venusti oculi: color suauis & ea q̃ euryclia laudat. Vlyxi pedes abluens: lenitudo orationis: mollitudo corporis. Ea si bona dicemus: quid erit in philosophi grauitate: quam in vulgi opinione stultorũq; turba: quod dicatur aut grauius: aut grãdius. At. n. eadẽ stoici precipua vel producta dicũt: quæ bona isti dicunt. Illi quidẽ sine his vitã beatam cõpleri negant. Hi autem sine iis esse nullam putant: aut si sit beata beatissimam certe negant. Nos autem volumus beatissimam: idq; color exercitationibus corporis. Euryclia: Pacuuius apud latinos: Sophocles apud græcos: scripserũt tragediã nomine nipra: qua inducebatur. Euryclia nutrix abluens pedes alumno vlyxi: quẽ recognouit ex tactu cicatricis: quod totũ ex homericæ odisseæ libro vndeuigesimo translatũ est: super qua re in secũdo cõmẽtario copiose perscripsimus: vbi de niptris fit mẽtio. Igitur Euryclia lauans vlyxi pedes In fabula Pacuuii laudat mollitudinẽ eius corporis: & suauitatẽ orationis: quæ & ipsa quãuis sint parua: tamen inter bona numerabũtur: si p̃ter bona animi: erũt alia: quæ bona dicenda sint Ennius probat lenẽ orationẽ: cũ dicit suaui loquẽti ore Cethegum oratorem fuisse: laudaturq; in catulo suauis appellatio litterarũ: lenitudo: pro lenitate vsurpatur: sicut suauitudo pro suauitate sanctitudo pro sanctitate: p̃cipit. M. Tullius: primo de officiis vt sermo sit lenis: minimeq; pertinax: & cum lepore: vlyxem ait in omni sermone affabilem fuisse: cuius orationẽ dicit Homerus simillimã fuisse niuibus hybernis: i deest vt interp̃tatur Plinius in epistolis. Crebrã largam: diuinã & celestem. Præcipua vel producta iam sæpe dictum est inter stoicos & peripateticos dissidiũ esse in verbis: cõsensum in rebꝰ nã proegmena: i deest producta siue p̃posita siue p̃cipua nominãt: quæ peripatetici bona scilicet corporis ac fortunæ: hoc aũt quod propositum vel præcipuũ dicunt: nec bonũ esse volũt: nec malum: sed adiaphoron i deest indifferens. Cæterũ vt supra docuimus ex auctoritate M. Pisonis: præposita stoicorũ nõ minus valent: q̃ bona peripatetico rũ: nã præpositũ ex eo dictũ quod aliis p̃ponatur: tale aũt nõ solũ bonũ: sed maximũ bonũ videri merito potest. Hi aũt: peripateticos in-

Euryclia nutrix vlyxis.

Lenis oratio. Lenitudo

Oratio vlyxis similima niuibꝰ hibernis

Producta Prepositа Bona.

telligit:qui ſine bonis corporis ac fortunæ beatiſſimã vitam negant eſſe poſſe. Qualis affectus eſſet:ſi affectio animi fuerit laudabilis:& in honeſtata poſita:laudabilis conſequenter erit.& honeſtus talis homo:meritoq; vita hæc beata dicetur & honeſta. Talẽ eſſe orationẽ fama gerata eſt prouerbii vice ſententia hæc:talis hominibus fuit oratio qualis vita:mecenatis ſicut mollis fuit cultꝰ & vita delicata:ita orõ Eneriꝰ &ſoluta ſuper qua re luculenter & vbertim ſcribit Seneca libro epiſtolarũ vigeſimo:frequenter cũ verbis mẽs ipſa concordat:& facta orationi ſimillima ſunt. Quidam codices non orationem habẽt ſed rationem. Proh deorũ fidem: exclamatio eſt vſitatiſſima:quam ſatyrographꝰ illo verſu decenter vſurpat. Nos hominũ diuũq; fidem clamore ciemus: vbi fidem accipimus:pro auxilio ſicut apud comicos poetas. Dicemus proh deũ fidẽ & proh deorũ latine & eleganter: alterum contractũ eſt & immi nitum:alterum plenũ & integrum:auctor. M. Tullius i oratore: vbi ait hoc quoque atq; etiam:a quibuſdam ſero iam emendatus antiquitas:qui hec reprendunt : nã proh deum atq; hominũ fidem: pro deorum aiunt: ita credo hoc illi neſciebant:an dabat hanclicentiam cõſuetudo. Quintilianus in primo de ipſe teſtis eſt fidem deum pro deorũ ſeruiamus dicendũ eſſe vt decori & conſuetudini. Vacare: vacuũ liberumq; eſſe. Placidiſſimam ſicut pacẽ ſumma tenent:& ſupra globũ lunæ omnia placata ſint ſerena defecata.ita ſecundum ſtoicos: in animo ſapientis:ſemper ſe-

Talis orõ qualis vita.

Fides p auxilio. Proh deũ fidem.

nobis ſocratica illa cõcluſione cõfirmatur ſic.n.princeps ille philoſophie diſſerebat:qualis cuiuſq; animi affectus eſſet: talem eſſe hominem:qualis aũt ipſe homo eſſet talem eius eſſe orationem. Orationi aurẽ facta ſimillima: factis vitã. Affectus autẽ animi in bono viro laudabilis:& vita igitur laudabilis boni viri & honeſta:ergo quoniam laudabilis: ex qnibus bonorum beatam vitã eſſe concluditur. Et.n.proh deorum atq; hominũ fidem parum ne cognitum eſt: ſuperioribus noſtris diſputationibꝰ An delectationis & ocii conſumẽdi cauſa locuti ſumus ſapientẽ ab omni concitatione animi:quam perturbationem voco: ſemper vacare:ſemper in animo eius eſſe placidiſſimam pacẽ. Vir igitur temperatus:conſtans:ſine mœtu: ſine ægritudine:ſine alacritate vlla:ſine libidine nonne beatus: An ſemper ſapiens talis:ſemper igitur beatus. Iã

renitas est & tranquillitas placidissima. Alacritate: letitia gestiente.

Qui potest: quo modo: per interrogationem legendū est. Hoc sic concluditur argumentū a contrario. Si in vita beata quodlibet prædicandū est: & preferendum: quod tale autē id etiam glorioſum: ecōtrario immisera vita nihil est p̄dicabile aut gloriandū. Quę nec misera sit: In natura rerum triplex est vita: vna beata altera misera: tertia intermedia: nec beata nec misera: q̄dā. n. sunt: vt dialectici appellant immediata: sicut leuitas & grauitas: quedā vero mediata: sicut frigidū & calidum inter vtrūq; teptadū est: sic aliqs beatus est. aliqs miser: aliquis nec miser nec beatus: talē vitā de seipso exp̄ssisse videtur. M. Tulli⁹ cum ait. Ita sunt res nostræ: vt in secundis fluxe in aduersis bonæ: conclusio Ciceronis: hæc est cum nec in vita misera: nec in ea quā intermediam voco: quicq̄ sit prædicabile: si aūt in aliqua vita p̄dicabile necesse ē: id solū esse in vita beata: quib⁹ concessis: sequitur vitam beatam nisi honestā esse posse: alioqui glorianda & prædicanda non erit. Consilius

Argumētum a cōtrario.

Triplex vita.

Immediata.

Mediata.

vero qui potest vir bonus non ad id quod laudabile sit omnia referre: quæ agit: quæq; sentit. Refert autem omnia ad beate viuendū. Beata igitur vita laudabilis: nec quicquam sine virtute laudabile. Beata igitur vita virtute conficitur. Atq; hoc sic etiam cōcluditur: nec in miseria vita quicquā est predicabile: aut gloriandū: nec in ea quę nec misera sit nec beata. Et ē in aliqua vita prædicabile aliquid & gloriādum: ac præ se ferendum. Vt Epaminundas Consiliis nostris laus ē attonsa laconum. Vt Africanus ait: a sole oriēte supra meotidas paludes: nemo est qui me factis equiperare q̄at. Quid si beata vita glorianda & prædicanda: & præ se ferendaē. Nihil est enim aliud quod

nostris: versus est heroicus quo thebanus epaminundas fecisse aliqd predicabile gloriandūq; p̄dicat: cum leuctrica pugna: afflixerit vires lacædemoniorum: & illorum laudem attonsam: mutilā: decurtatā reliquerit. De hoc plura in superioribus. A sole exoriente: scipio africanus, gloriatur opinor apud enniū se facinora adeo predicabilia gloriādaq; edidisse vt ab ortu solis vsq; ad meoticam paludē nemo existimat virtute ac factis sibi æquiperandus. Meotis aūt palus: scythica est: in regiōe a septētrionali: cuius accolæ meotici dicti: meotim: scythæ temerinda vocant quod: significat matrem maris. Præfe.enda: ostentanda: honeste enim factam in luce collocari volunt.

Meotis palus.

Temerin damalitia

Virtus cõtraria.

Quid ſequatur.ſ.in ſola beata vita eſſe ſitũ quicq̃ predicabile eſt & gloriandũ. In vitiis ad miſerã vitam:malicia & virtus duo cõtraria ſunt: vita quoq; miſera & beata æquæ contraria hæc eſt: vt ſe viciſſimi cõſequantur: vt ſi malicia ſola valeat ad efficiendã miſeram vitã Econtrario virtus ſola efficiat vitã beatã : & hoc ſentiunt ſtoici. At

Sententia peripatetici.

peripateticus miſerã quidẽ vitam vitiis animi & malicia ſola fieri cẽſet: ſed ad cõplendos omnis vitæ beatæ numeros virtutẽ ſolã nequaq̃ ſatis eſſe exiſtimat:quoniã corporis & fortunæ bona neceſſaria eſſe videantur p ficiendæ vitæ beatæ. Li-

Libra critolai.

bra critolai:In illa nobili tium philoſophorũ legatione quã athenienſes romam miſerunt fuit critolaus peripatetic⁹: ferũt ſeorſum quõ quam oſtentandi græcia p celeberrima vrbis loca magno hominũ conuentu diſertauiſſe:fuit autẽ hic Critolaus facundia ſcite & tereti preditus:qui volens oſtendere:quãto maiora eſſent bona animi bonis corporis &fortunæ:vtebat hac libræ ſimilitudine decẽtiſſima:de qua in quinto de finibus ſic ſcriptũ eſt.Virtutis autẽ amplitudinẽ: quaſi in altera libræ lance ponere tertã mihi crede ea lãxit & maria deprimet:ſenſus ẽ:cũ Critolaus & Xenocrates tãtum tribuãt virtuti qd phi bet eos nõ ponere vitã beatiſſimã in virtute:illi.n. dicũt beatã vitã effici virtute:ſed nõ beatiſſimã quoniã: neceſſaria ſint bona corporis & fortunæ: ſine qbus cumulatiſſima pfectiſſimaq; bea predicandũ & præ ſe ferendũ ſit: quibus poſitis intelligis qd ſequatur: & quidẽ niſi ea vita beata eſt: que eadẽ honeſta ſit : aliud neceſſe eſt melius vita beata. Quod enim erit honeſtũ:certe fatebuntur eſſe melius. ita erit beata vita melius aliquid:quo quid poteſt dici puerſius:Quid:cũ fatẽtur ſatis magnã vim eſſe in vitiis ad miſerã vitam: nonne fatendũ eſt eandem vim in virtute eſſe ad beatã vitam: Cõtrariorum.n.contraria ſunt cõſequentia.Quo loco quæro quã vim habeat libra illa Critolai:q cũ in alteram lancem animi bona imponat: in alteram corporis & externa: tãtum propendere illã boni lancem putet:vt terrã & maria deprimat. Quid igitur aut hũc prohibet:aut etiã xenocratem illũ grauiſſimum philoſophorũ exagerantẽ tantopere virtutẽ: & extenuantẽ cætera & abiicientẽ: in virtute non beatã modo vitam:ſed etiã beatiſſimam ponere:quod quidẽ niſi fit: virtutum interitus cõſequetur: nam in

tias effici non possit. In quē cadit egritudo p cōclusiunculas stoi-
corū spinetaq; discurrit vt solet ad asserēdū. Quod in virtute nō so-
lū beata sed beatissima quoq; vita cōsistat: egritudo est vt sepe dixim⁹
tristicia ex præsenti malo: metus perturbatio ex ipēdēti & futuro ma
lo. In eundē formido: metus tāq; genus est: hęc tāq; species q̄ generi
subiectæ sunt. De quibus la

quem cadit ægritudo: in eundem mœtū cadere necesse est. Est. n. mœ tus futuræ egritudinis sollicita ex-pectatio. In quē autē mœtus in eū dē formido timiditas: pauor igna-uia. Ergo vt idē vincatur interdū necesse est: nec putet ad se præce-ptū illud atrei pertinere. Proide ita parēt se in vita: vt vici nesciāt. Hic autē vincetur vt dixi: nec modo vicetur: sed etiā seruiet. At nos vir tutem semper liberā volumus: sem per inuictā: que nisi ita est: sublata virtus est. Atqui si in virtute satis ē præsidii ad bene viuendū satis est etiā ad beate: satis est. n. certe in vir tute vt fortiter viuamus: si fortiter etiā vt magno animo: & quidē vt nulla re vnquā tereamur: sempq; sīmus inuicti: sequtur vt nihil peni-teat: nihil desit: nihil obstet: ergo oīa ꝓfluenter absolute prospere: igitur beate: satis aūt ad fortiter vi uēdum virtus pōt satis ergo etiam ad beate. Etenim vt stultitia & si

tius tractauit in quarta tus-culana: formido aūt met⁹ ē pmanēs: timiditas met⁹ ma li appropiquātis. Pauor me tus mētem de loco mouēs. ignauia metus cōsequētis la boris: q̄ & pigritia noiatur. Proinde ita parēt: Atreus i tragedia veteris poetæ: opi nor actii: inducebaī filiis ita præcipiēs: vt ita se i vita pa tarēt: ne vinci posset: signi ficat: ꝓinde ideo: ideoq; si-ue itaq; perinde vero: in a-lia accipitur significatione: de qua apud suetoniū: & a-liubi in cōmentariis. Vinci nesciant: ita Virgilius: & ne-scia victi pectora. Hic aūt scilicet in quē cadit egritu-do. Satis est etiam: recipro ca hæc quodā modo sunt beneviuere: & beate viuere: vt nec bene viui nec beate: nisi bene hoc est honeste pos sit. Vt fortiter viuam⁹: for titudo virtutis species est: & nomen ex quo fit: vt qui fortiter viuit cū virtute vi-uat: quæ res ad beate viuen dum satis est: quod in præ-

Formido
Timidi-tas.
Ignauia.

Recipro-ca.
Sapiētia
stulticia
cōtraria.
Sapiēte
nō pēitet

sentia. M. Tullius colligit: per cōsectaria stoicorū. Vt stultitia contra tia sunt sapientia & stultitia: ideoq; si stultitia malis venenis imputa iexplebilis est & in exhausta: fit vt sapiētia cōtēta sit eo q̄d adest: i quo autē hoc est: is nimirū est beatus. Turpilius comicus ait in lyndia ꝓ-

fecto vt quiſq; minimo cõtentus fuit. Ita fortunatã vitã duxit maxime: plus patet vt inqt Seneca ſapiẽtis dies vn⁹: q̃ ſtulti vita lõgiſſima. Neq; n. ſui penitet: autumãt ſtoici ſapientẽ nullius rei penitere: nulla in re falli: ſentẽtiã mutare nũq̃. Cai Lelii conſulatũ: ab exẽplis argumentatur: vitã beatã: in virtute poſitã eſſe: cũ ait beatiorẽ fuiſſe cõſulatũ lelii vnũ: q̃ quattuor cõſulatus cinnæ hois impotẽtis: & improbi: fuit ãt Caius lelius homo diſertus & ſapiens: oia fœlix: cui natura dedit: nullo renuẽte deorũ: vt inquit Silius: hic conſul creatus eſt vna cũ Cornelio ſcipione: cũ ambo græciã ꝓuinciã cuperẽt multũq; lelius in ſenatu poſſet: rẽ obtinuit lucius ſcipio cũ africanus dixiſſet ſe legatum iturũ: ſi lucio ſcipioni fratri ſuo: prouinciã græciã decreuiſſent. Et eũ quidẽ cum repulſa: clariſſimi apud romanos viri ſepe repulſam in petitione magiſtratuũ paſſi ſunt: ſicut ſcipio naſica publius emilius: & .M. portius cato: q virtute ſua: plus magiſtratui decoris additurũ erãt q̃ ꝓtextu eius ſplendoris ipſi relaturi: titulus eſt apud Valeriũ maximũ de repulſis: ſenſus eſt: optabiliorẽ eſſe lelii cõſulatũ: etiã cũ repulſa q̃ fieri quater cõſulẽ: prout factus eſt cinna impotẽs truculẽtus: ſedi tioſus. Paulus emylius: poſt aliquot repulſas bis cõſul factus eſt. Quintus q ..oq; mettellus cõſulatus repulſa ſuggillatus mox cõſul de pleudo philippo triumphauit. M. Cato repulſis tãquã honoribus ineptis gaudebat: qui quo die repulſus eſt luſit. Si cũ ſapiẽs: ſentẽtia catholica eſt: qua ꝓ interrogationẽ docet quãdo ſapiens patiẽ repulſam: nõ tã ipm repulſa notari a populo: q̃ populũ repulſam ferrea ſapiẽte matius. n. detrimẽtũ ſentiret populus ex repulſa viri boni: q̃ ille cõmodũ ex magiſtratu. Paulus emylius deſignatus conſul dixit ſe non habere gratiã populo romano: cũ nõ tã ſibi cõſulatu q̃ illis cõſule opus eſſet.

Lelius ſapiens

Repulſa i magiſtratibus

Poſt repulſas obtinuer magiſtratũ.

Dictum æmilii

Suffragiis ꝑteritur: repulſam patitur: nec ſuffragatorũ ſuffragiis obtinet magiſtratũ in oratione ꝓ plancio: nec ſi a populo prætẽritus eſt quẽ non oportuit: a iudicimus. condẽnandus eſt: qui prætẽritus non eſt. Vt cinnam quater: Iulius cæſar corneliam cinnæ quater cõſulis

Prætẽritus

adepta eſt quod cõcupiuit: nũquã ſe tamen ſatis conſecuta putat: ſe ſapientia ſemper eo cõtẽta eſt: q̃ adeſt: neq; nũquã ſui pœnitet: ſimile ne putas C. Lelii vnũ cõſularum fuiſſe: & eũ quidẽ cũ repulſa: ſi cũ ſapiẽs: & bonus vir qualis ille fuit: ſuffragiis prætẽritur: non populus a bono conſule potiuſquã ille a vano populo repulſam fert: ſed tamen vtrum malles te ſi poteſtas eſſet ſemel vt Lelium conſulẽ eſſe: an vt Cynnam quater: non dubito

fillam duxit vxorē: vt inquit Suetonius: eūdē dictatorem fuisse auctor est Plutarchus: a Lucano cruentus dicit qui cū flagitiosissimus eēt rēpu. romanā summa crudelitate vastauit: qui in consulatu: cū pernitiosissimas leges per vim ferret: prohibitus a. Gn. octauio collega ꝑ fugit ex vrbe. Vocatisq; ad pileū seruis: accersitoq; Cato mario cum aliis exulibus ex africa bellū romæ intulit: in quo quatuor exercitibus vrbē circūsederūt: mox cinna & marius in ciuitatē recepti: velut raptā eā: cedibus & rapinis vastarūt. Gn. octauio consule ocioso: & oīb⁹ aduersæ partis trucidatis: quarto cōsulatu: cū bellū cōtra syllā moliretur. Ancone ob nimiam crudelitatē ab exercitu lapidibus occisus est: fuit dominatio cinnana reip. exicialis & funesta: ex liuio: apiano: plutarcho: floro: augustino: cæteris. Cinna flagitiosus

Mors cinnæ

tu quid respōsurus sis. Itaq; video cōmictā: non quēuis hoc idem interrogarē. Respōderet enim alius fortasse se nō modo quattuor cōsulatus vni anteponere: sed vnum diē Cynne multorū & clarorū virorū totis etatibus. Lelius si digito quē attigisset: pœnas dedisset. At Cynna collegæ sui cōsulis. Gn. Octauii ꝑcidi caput iussit. P. Crassi. L. Quid tu respōsurus sis: quasi dicat scio tecū vir ꝓbus sis electurū potiꝰ cōditionē lelii q̄ cinnæ qđ nō idē oibus videret: cū naturaliter insita sit hoibus libido dominādi. Vni: scilicet cōsulatui. C. lelii. Si digito quē attigisset: si vel minima affecisset iniuria. M. Cato in oratōe: q̄ inscribit ꝑ dote ita scriptū relict: in adulterio vxorē tuā si prendisses sine iudicio impune necares: illa te si adulterares: digito nō auderet attingere: neq; ius est. Præcidi caput: octauii cōsulis caput iussu cinæ præcisum est: & ꝑ rostris expositū. Pu. crassi: quo crassi pater & filiꝰ in mutuo alter alteriꝰ aspectu mactati sūt: qđā tradūt: patrē crassum: neqđ indignū virtute sua pateret gladio se cōfodisse: de his Lucanus trūcos lacerauit sumbria crassos. Lucii cæsaris: de hoc Luciꝰ florus ait cæsar & simbria ī penatibꝰ domorū suarū trucidanť. In tertio de oratore scriptū legibꝰ caput. Ca. Lucii cæsaris cū lucii iulii fratris capite iacuisse ꝑ rostris: nō lōge a capite. M. Antonii oratoris. Inibi ait. pu: crassū suapte iterfectū manu. Ex his duobꝰ cęsaribꝰ frībus: alter cesar vrbanitate: facetiis: lepore: cūprimis cōditꝰ fuit: q̄ de iocis copiose & luculēter disserit apd. M. Tul. ī scdo de oratore: ď quo ait quoq; i libris ď officiis: saleyero cōditꝰ & facetiis cęsar. M. ātonii milites a mario & cina seuissimis ducibꝰ missi ad. M. antoniū oratorē obtrūcādū ser mōe eiꝰ obstupefacti districtos iā: & vibratos gladios: cruore vacuos vaginis reddidert: defixoq; ī terrā vultu oēs illachriart: tūc ānisꝰ militū

Duo cesares fratres occisi

Facetiæ cæsar

Mors Antonii oratoris.

perfectus ois humanitatis expers cũ Antoniũ oratorẽ milites a facinore deterritos offendiſſet conuitio acriter illos inſectatus irruenſq; crudele imperiũ truculento miniſterio peregit: &. M. Antonio caput amputauit: quod poſitũ fuit in roſtris: in quibus ille rẽpu. cõſtãtiſſime conſul defenderat. Quod Marius letis manibus inter epulas per ſum-

